

trabis, (quæ res est grandis & grauis,) poterit esse capax? Planè tam est oculus capax trabis, quàm anima peccati mortalis. Quis credere possit, quòd in animâ incidere posset peccatum: quòd talento plumbeo grauius est. Quòd tam grande est, vt supergrediatur caput hominis: Dicente Dauid. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me. Lógè minus idonea est anima peccato mortali, quàm oculus trabi grauissimæ. Rectissimè Dñs trabem dixit in oculo: vt intelligeres minus conuenire animæ peccatum, quàm trabem oculo.

Zacha. 5. Quis inquit Iob. gustare potest, quòd gustatum affert mortem? Si stupes quòd trabs sit in oculo: stupent cæli, & eius portæ desolantur vehementer, quòd peccatum sit in anima. Obstupescite inquit, cæli, & portæ eius desolantur vehementer: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontes aquarum viventium, &c. Imo & ipse Deus (si fas est dicere) stupet, dicens: Nunquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam? Dominus ergo per trabem in oculo, peccatum intellexit in anima.

Psal. 37. Nam secundum miraculum sequitur. Si trabs incidit in oculum, quomodo cum trabe quiescere oculus potest? Si festucam oculus pati nequit, quomodo trabem pati potest? Imo quòd longe mirabilius est, si miseria animæ nostræ peccatum mortale suscepit: quomodo cum illo perdurat? in fœlicitas fuit, hosti portas turris aperuisse: sed summa admiratio est, hostem interius velle retinere. Peccatum est infirmitas, est pestis, est mors animæ. Peccatum est inimicitia cum Deo, est inobedientia, & quædam proditio contra Deum. Peccatum est egestas a Deo in domo impij. Peccatum est famas quâ filius prodigus consumitur. Peccatum est omnia mala, sicut cum gratia veniunt omnia bona. Demum peccatum animæ est, quòd trabs oculo. Quomodo igitur tam familiariter cum peccato anima viuit? Manus Israel sub cophino seruiunt in Ægypto, cur manere vult in Ægypto? Cur animæ placet domus horroris, & vastæ solitudinis, qualis peccatum est? via illorum (id est peccatorum) est scandalum ipsis: ipsi verò in ore suo placebunt. Habent ossa sua dissipata secus infernum, & non discedunt. A viperis mordentur, nec remedia querunt? Quòd tandem est hoc peccati veneficium? perdidimus primogenita, & parumpendimus. Adeò excantandi præsentem peccatum vim habet.

Iob. 6. Quòd si miraris hominis fœdera cum peccato & cum inferno: iâ nescio an miraberis, quòd trabem peccati habens, videre festucam in oculo alieno possit. Qui trabem habet in oculo ex oculatus est. Qui alienam festucam videt, acutissimè videt. Quomodo ergo oculis caris, acutissimè videt? Profectò oculus trabem sustinens, non oculus est, sed calybs & adamas. Quomodo igitur calybeus oculus videt: cum ferreus oculus,

fiectus potius oculus sit, quàm verus? Si hæc admiraris, adde multo maius miraculum: quòd mortalium nemo videre festucas soleat, nisi qui trabes habeat. Qui enim trabe carent, charitatem habent. At charitas cum operiat multitudinem peccatorum, hæc festucas non videt. Neque enim cogitat charitas malum, vt de fratre sinistrè suspicetur. Oculi Adam innocentis non videbāt nuditatem: nocētis verò nuditatem conspexerunt. Oculi Adam innocentis solùm sciebāt bonum: nocētis verò, sciunt & bonum & malum: sed potius malum. Dauid non mittit manum in Christum Domini, & cū fortè discidit orā chlamidis Sauli, dolet vehementissime. At Philistei nihil Sauli morantur. Doeg idumeus irruit in Sacerdotes Domini, pij verò Sauli serui nolūt in eos extendere manus. Itaque viri iniqui trabem habentes oculos & manus, & gladium in seruos Domini solent iniicere. Meminerint viri proximorum scrutatores, quòd Bethsamitarum quinquaginta millia percussit Deus, eo quòd vidissent arcam Dei. Id est quia scrutati sunt arcæ interiora. Igitur peribimus & nos, si scrutabimur interiora oculorum quæ sunt in fratribus nostris: nam verius anima sancta arca Dei est, quàm arca illa vetus & multo interior est intètio hominis in anima: quàm vrna, & virga in arca. Vide verò exitum Iudæ festucam in oculis Christi videre volentis. Vltimum quòd mirabar, illud erat. Quòd habes in oculo trabem, fratri dicat: sine eijciam festucam ab oculo tuo. Stulte cur te idoneum iudicas festucæ eruendæ, cum trabem habeas? aut cur ita desipis, non intelligens: quàm te festucam habens ridebit, & dicet. Tu ne in me festucam vides? Tu ne etiam si videres, eijcere posses? tibi ne etiam si posses, oculum meum ego permittere? & quâuis me tibi committerem, an nõ erat equius, te tibi trabem, quàm mihi festucam erueres? Frequenter planè in mentem meam venit, quàm multi sint confessores indocti: an non his diceret Christus: hypocrita, eijce primum trabem ex oculis tuis? Contra verò quàm grauata viri pij & docti hanc fugiant functionem. Rursum, qui trabem habent, episcopatum desiderant: At qui irreprehensibiles sunt, (vt ferè nec festucas habeant) hoc munus abhorret. Quid igitur est? qui trabem habet, putat se festucas euellere posse: qui verò nec festucas ferè habet, indignum se putat vel trabibus eruendis?

Minimè ab hoc loco discedam, nisi vnum aut alterum addam. Primum indicauit Dominus, cum peccata festucis, & trabibus comparauit: quàm impatiens peccati anima nostra esse debeat. Sanè, quàm est oculus festucæ, & trabis impatiens. tenerri ma res est oculus, vt vel à minutissima re ledatur: & adeò ledatur, vt & lacrimas effudat: multo tenerior res est anima, vt vel ab exiguo peccato incomodetur. Sentiunt piæ animæ quòd dico. bonarum enim mentium est agnoscere, dolere, & flere eas tā leues culpas, quæ vix culpe sūt.

i ij At sunt

1. Petri. 4.

1. Cori. 13.

Genes 3.

Genes 3.

1. Regū. 24.

1. Regū. 22.

1. Regū. 6.

Math. 26.

1. Timo. 3.

At sunt multę animę, quę cum leonibus, vrsis, & draconibus peccatorum iucudę cōmoratur. Sicut & oculus mortuus, facilę & festucas sustineat, & trabes. Sed non ita Dauid cum dicit. Iniquitatem meam agnosco, & peccatum meū cōtra me est semper. ¶ Alterum est. Trabs & festuca vtraq; ad ignę nata est. Ita peccata ad ignem. Sed trabs ad ignem inferni nascitur. Festuca verò (quam Paulus fœnum & stipulam nūcupauit) non ita nascitur ad ignem: sed verò qui eam in oculo habuerit, saluus erit, sic tamę quasi per ignem.

Nolite ^{sanctum dare canibus.} Hactenus Dominus sermonem fecit, contra eos qui trabem habent in oculis. Nunc verò eos alloquitur qui sanctum habent: quiq; margaritas habent & ideo & sancti sunt, quia sanctum possident, quod alijs dare gestiūt: & diuites sunt, qui non solum eas habent, sed etiam cōmunicare desiderāt. Profectò diues est, qui tot margaritas habet: vt & porcis velit ex eis cibum preparare. Sanę quia charitas diues est, & non querit quę sua sunt, nec enim sua sibi abscondit, sed omnibus se est dare parata. ¶ Iam ingens occurrit dubitatio, cur Dominus prohibuerit sanctū dare canibus? Planę ipse sanctus est, & sanctitas ipsa. at ipse se Iudę dedit in Eucharistia: à quo vt à cane breui erat lacerandus. Imo ipse tradidit se in manus canum. Sic enim ait, circumdederunt me canes multi, & cum se à canibus lacerari videbat, dixit. Erue de manu canis vnicā meam. Quòd si per sanctum non dandum canibus, Euāgelium intelligas, planę Euāgelium etiā canibus dandum est, dicit enim Dominus. Ite docete omnes gentes: quas constat fuisse canes, teste Domino, qui dixit Cananę: non est bonum sumere panē filiorum, & dare canibus. & profectò Euāgelium retē est, quod mittitur in mare. Vbi nullus delectus habetur, congregat. n. retē hoc ex omni genere piscium. Ad hoc dubium prior responsio clara est. Neq; Euāgelium, neq; sacramentum, neq; bonum aliquod verbum dari debere, ijs canibus, qui nos à Deo & ab ecclesia dirupent. Itaq; si periculum est, quòd infidelis aut iniquus corrumpet me, dirumpet à gratia Dei: huic cani ego non dabo sanctum meum: huic ego non proponam fidem meam, cum his enim neq; cibum sumere, neq; aue dicere. Et hoc est quod Dominus ait, ne detis sanctum canib; ijs videlicet, qui reuersi contra vos, rumpent & laniabunt animam vestram. Cū enim Dominus dicat, Ne forte conuersi rūpant vos, illud vos potius ad animam, quę potior nostri pars est, quàm ad corpus referri debet.

¶ Altera responsio est. Si ex mea correctione, consilio, aut iudicio, nihil aliud speratur, quàm quòd lanier, aut discerpar, aut aliud damnū graue recipiam, non debeo aut corrigere, aut iudicare. Licet enim animus charitate plenus, se ipsum omnibus cupiat exponere; & velut marga-

ritas suas ad omnium pedes effundere: admoneatur tamen, ne id faciat, vbi nihil aliud expectat, quā corporis sui dānum. Sanę si suo sanguine paratur proximo salus, pulchrum est, canibus corpus laniandum offerre: vt alterius anima vitam recipiat. Sicut Dominus fecit. Sed vbi nihil expectes, nisi dānum tuum: stultū est huic te periculo exponere. Nam cū martyres carnificibus velut canibus, excarnificandos se se exhibebant, non dabant illis sanctū suū, sed nobis, qui ex eorū laniena sanamur. ¶ Tertia respōsio est: nescio an germana. Paulus docet in vita Christiana gradus esse suos. Sunt enim quędam elementa exordij sermonū Dei, videlicet penitentia ab operibus mortuis: fides in Deum: doctrina baptismi: impositio manuum: persuasio resurrectionis mortuorū, & iudicij infernalis. Gradus hic altior est: frequentius ad sacram cōmunionē accedere: ab his etiam peccatis cauere, quę licet crimina non sint, grauias tamen sunt: & deniq; seruire iustitię. Gradus perfectus est, honori, delicijs, diuitijs, mundo, & tandem sibi, mortuū esse: quod Apostolus vocat reformari in nouitate sensus. Hic igitur gradus, reuera sanctitas est: & illud sanctū, de quo hęc Dominus loquitur. Ideo enim habet apud gręcos articulum, τὸ ἅγιον. Ad monet ergo Dominus, vt Christiani sancti (cupientes Christianitatē suam ab omnibus apprehēdi) sanctum hoc, gradūq; sanctitatis summum à canibus & porcis abscondant. Itaq; prima canū, & porcorum institutio, non sit omnimoda & plena omnium rerum mortificatio. Aliquid enim dandum est, aliquidq; indulgēdum, his qui suo assueuerunt luto. Si enim rigorē tam exactū, ab his canibus exposcas: & ipsi in sua bestialitate durabunt, & suos institutores contēnent. Meminerint igitur viri sancti, quòd Apostoli gentiū institutores, ab eis solum exegerūt: vt cauerent ab immolato & sanguine, & fornicatione. Et Petrus Apostolus plus in hac lenitatē inclinās quā in graues rigores, à Paulo reprehensus est.

¶ Quarta responsio. Nimis differunt: porcis, & canibus aliquid videndū proponere: & vt comedendū exhibere. Non negat Dominus, quin porci, & canes videant, & audiāt mysteria, quę Euāgelium prędicat. At quòd canes ea tractent manibus, imò potius pedibus, id est quod vetat. Vetat igitur ne Episcopi sint, neq; prędicatores, curati aut beneficiati: si canes sūt aut porci. Videant quantum velint: audiant quantum velint: nō est inde margaritis, aut sanctitati periculum. At periculum est, si eas ita habeant, vt cōculcare liceat. Inde enim tota nostrę Ecclesię calamitas & laceratio manauit. Et licet officia secularia malis hominibus dari non debeāt: at Dñs nihil de his loquitur: sed de sancto, & margaritis Christianis. ¶ Quinta responsio. Margaritę potius sunt ornamentū diuitū, quā ipsę diuitię. Cū igitur anima habet charitatē, diues est: sed cū habet gustus Dei, iubilos, & reuelationes, illę sunt margaritę quibus

Psalms 50.

1. Cor. 3.

1. Cor. 13.

Luce 22.

Psalms 21.

Ibidem.

Marci. vlti.

Math. 15.

Math. 13.

Ioannis.
2. Can.

Ad Heb. 9.

Ad Heb. 6.

Ad Ro. 6.

Ad Ro. 12.

Act. 17.

Galat. 2.

quibus diues anima exornatur. Paulus laudat
 1. Cor. 1. Corinthios, quod diuites esset in omni verbo, &
 in omni scientia: ita vt nihil illis deesset, in-
 la gratia. Gratia verò hic comprehendit, deu-
 tionē, hilaritatē, animi fœlicitatem, &c. Quę sen-
 tire phas est, loqui minimè. Hęc sunt iudicia il-
 la, Dauidi desiderabilia super aurum & lapidem
 pretiosum multum. Et dulciora super mel & fa-
 uum. Hanc igitur sanctitatē, has gēmas, & mo-
 nilia (quibus Dominus sponsam suā exornat)
 iubet abscondi. Et sicubi manifestanda sunt, nō
 nisi inter perfectos sunt reuelanda. Alioqui si
 quę in cubilibus tuis exultando sentis, si exul-
 tationēs Dei in gutture tuo probas, cōmuniter
 populo propalaueris: fieri potest, vt ridearis. Et
 id parum: fieri potest vt sicut iniquus, & malè de
 Deo sentiēs castigeris. Igitur Sacramentum re-
 gis abscondere bonū est. Castigatur enim Eze-
 chias thesauros suos Babilonijs ostendēs.
 ¶ Iam verò si sanctū dandū non est canibus, cur
 anima nostra cum sancta est, & cum margaritas
 habet, canibus dabitur? Imò cur leonibus deu-
 randa obijcietur? cur serpentibus laceranda &
 discerpenda exponetur? Demō canis est, san-
 guinè Iezabel lingēs. Demō leo est, rugiēs quę-
 rēs quem deuoret. Serpēs est: callidior, & crude-
 lior cunctis animantibus. Cēastes est insidiator
 semitę, vt mordeat vngulam equi. Cur igitur tā
 violentę bestię animam nostrā miserè laniandā
 exhibemus? quasi non esset vncta oleo sanctita-
 tis & exultationis. Flet Dauid Saulē & Ionathā,
 quia occisi erant à Philisteis in circuncisis. Quā-
 to vehementius defleuisset animam à canibus
 discriptam? forsan Dñs dolenter dixit: Ne forte
 conuersi disrumpāt vos. ò quā dirum, quā do-
 lendum, & timendū est: disrumpi à canibus his.
 Flet Dñs Lazarum cuius corpus mors deuora-
 uerat: at potius defleret animā quam mors lon-
 ge horrentior absomit. Quā tenerè dicit Dñs.
 Ne des alienis honorem tuū, & annos tuos cru-
 deli: ne forte impleantur extranei viribus tuis,
 & labores tui sint in domo aliena, & gemas in
 nouissimis. Reuera tradit animos suos crudeli,
 qui post Diuino cultui multos dicatos labores,
 se demōni & peccatis tradit: defector ex castris
 Dei ad castra diaboli.

Petite & accipietis.

NON ego miror, si Christ⁹ iubeat, vt petam⁹,
 quęramus, & pulsemus. Siquidē ipse, nos à
 nobis petijt: nos ipse quęsiuit, & vt illi aperire-
 mus pulsauit. Ipse est qui dicit. Ego sto ad ostiū
 & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo, & cœna-
 bo cum illō. Et sponsa testatur, se audire vocē
 sponsi. Vox, inquit, dilecti mei pulsantis, aperi-
 mihi soror mea, anima mea, columba mea, im-
 maculata mea, quia caput meū plēnū est rore:
 videlicet, quia per noctē perseuerauerat pulsās:
 & idcirco ros noctis caput eius irrorauerat. Pul-
 sauit igitur Christus: quęsiuit etiā nos. Reliquit

siquidē nonaginta nouē oues in deserto, & ouē
 viam quę perierat, cū suo multo sudore quęsiuit.
 Quin & Christ⁹ est, cuius personā gessit Ioseph,
 cum erraret in agro: & rogatus quid quęreret:
 fratres inquit meos quęro, indica mihi, vbi pas-
 cant. Pulsauit ergo & quęsiuit: & quia Christus
 de se dicit: mendicus sum ego, & pauper: planè
 non aliud mendicādo petebat, nisi animam no-
 stram. Imò cum sitiēs potum petebat in cruce,
 non ferè aliud petebat, quā salutem animarum.
 Credat igitur quiuis Christianus quòd animas
 nostras medicās Christus petit, quòd quę animas
 nostras quęrit, quòd etiā ad animas nostras per-
 seuerat pulsās. Quòd ergo ille non in suum, sed
 in nostrum facere cōmodū, tanto iam tempore
 cōsuevit, id nos in nostrum facere meritissimè
 iubet. ¶ At dices, quid erat iubere necesse? nū
 necesse est, famescenti iubere vt cibum petat, &
 quęrat? si nudi sumus, si infirmi, si inter hostes, si
 in summo versamur periculo: ipsa nōs natura pe-
 tere, & quęrere, & pulsare docebit, quid necesse
 est id præcipere? Atqui ego vel hinc colligo exi-
 miā nostram cęcitatem, imò stuporem varius,
 quos tantis calamitatibus pressos nec natura do-
 cet, nec necessitas estimulat, nec ipsa Christi
 præceptio ad petendū & quęrendū inuitat. Faci-
 le possum desperare de infirmo, si cibum semper
 fastidit: de fatuo, si suam fatuitatē non sentit: de
 inermi, si fortissimos hostes non timet.

¶ Porro Dñs multis verbis petere docet. Petite,
 inquit, quęrite, pulsate: & rursus. omnis qui pe-
 tit, accipit. & item quis est pater, &c. Tot verba
 Christus in re hac consumit: vt facilè pateat,
 nos in grauissima, imò in extrema versari neces-
 sitate: quos tantopere Christus petere docet.
 Alioqui si exigua nostra necessitas aut nulla fo-
 ret, Deus qui Deus est, qui sapiēs est, qui nostri
 amantissimus est, non ad eò nos ad petendum
 extimularet. ¶ Quòd si necessitatē forsan non
 penetras attentissimè expende. Vita christiana,
 cęlestis est & diuina, non animalis aut terrena.
 Ex dei munere est, non ex nostris viribus: gra-
 tia est, non ex nobis, ne quis gloriatur. Gratis da-
 tur, nō argento, aut vlla cōmutatione. Si igitur
 solus Deus est, qui gratiam dat, & gloriam, (nō
 enim ex operibus gratia datur, sed ex vocante.)
 Igitur si vis hanc vitam, eā ab eo qui dare potest
 pete: eam quęre, ad eius fores pulsa. Tāta enim
 petendi necessitas est, quanta viuendi.

¶ Iā si semper Christus petere, quęrere, & pulsa-
 re iubet: ita vt nunquā vita nostra à petēdo quę-
 rendo, & pulsando vacet: manifestè sit nostrum
 remediū non esse, & in procinctu positū: vel ad
 manum. Si enim facilè inueniretur, & daretur,
 non continuè petere iuberemur. Igitur alt⁹ pu-
 teus est, vnde sunt hauriendę aquę saluatoris.
 Per medios hostes irrumpendū est, vt aquā bi-
 bamus, ex cisterna Bethlehē. Et ò miseros nos,
 puteus altus est, neq; in quo hauriamus habe-
 mus. Habemus os ad bibendū, sed neq; situlam,
 neq;

1. Cor. 1.
 Psal. 18.
 Isaic. 61.
 1. Corin. 2.
 psal. 149.
 Tobie. 12.
 Isaic. 39.
 4. Regū. 9.
 Genes. 3.
 Genes. 49.
 2. reg. 1.
 eodcm.
 Ioānis. 11.
 Prover. 5.

Luce. 11.
 Genes. 37.
 Psal. 39.
 Ioan. 19.
 Ephes. 2.
 Isaic. 55.
 Roma. 9.
 Isaic. 11.
 1. Paral. 11.
 Ioan. 4.

neq; cordam ad extrahendum habemus. Ipsa si-
quidē efficax oratio, quā petimus, & haurimus,
à Deo est. Nam quod oremus nescimus, sed spi-
ritus orat pro nobis. Igitur petendū est, vt scia-
mus gratiam donum Dei esse, non ex operibus
nostris. Querendum est, vt sciamus hoc donum
dari laborantibus. Pulsandum, vt sciamus, eum
dono Dei frui, qui cum petat, & quærat, non las-
satur, sed ad fores Sapientie pulsans perseuerat.
At verò primo loco ponitur petite, secūdo que-
rite: vt sciamus, quod licet gratiā possidere sit
diuini muneris, & nostri laboris: prius tamen &
potius est muneris Dei, quàm operis nostri.

¶ At dices. An non Christus introiuit iā in san-
cta, eterna redemptione inuenta? An non perfid-
em habemus accessum in gratiam istam? an nō
iam patet fons Dñi in medio domus David?
quid igitur tam miseros nos esse contendis? si in
Christo diuinites facti sumus, cur tantopere pau-
peres nos esse doces: vt nunquam non sit nobis
petendū? Quod si Christus pro nobis interpellat
in cælo, quorsum oportet nos petere in terra?
Huic ego respondeo hanc esse diuinam prou-
identiam. Ita parauit nobis suas opes, ac si nullū
nostrum laborem requireret: ita verò laborem
nostrum requirit, ac si nobis nihil ille parasset.
Tauri quidem & altilia occisa iunt, & omnia pa-
rata, si comedere vis, pete, quere, pulsa Igitur ag-
nosce te pauperem, agnosce paratas tibi diui-
tias: sed etiam agnosce eas occiosas non dari.

¶ Attēde etiam. Dominus iubet petere, quere,
pulsare. Petimus verò ore: quærimus pedibus:
pulsamus brachijs. Aduertis quā nihil vult
Dñs esse in nobis ociosum. Rursum petimus ali-
quando de longē, quærimus in via. Pulsamus
cum iūcti domui sumus. Quasi admoneret nos
Dominus, vt petamus in iuuenta, quæramus in
virilitate, pulsem⁹ in senectā. Vt nulla pars no-
stri, nulla etas debeat in hoc negotio cessare. Re-
uera grande negocium est, primum illud quere-
dum: quia regnum est: quod qui habet, reliqua se-
habere cognoscat. ¶ Interim aduerte Dei lō-
ganimitatē, qui ita expetitus, quæsitus, & pulsa-
tus: non fastidit, non lassatur, non repellit. Imò
ad frequentiam maiorem exhortatur: exemplo etiā
adducto de improbis viduę precibus, quę ab ini-
quo iudice iustitiam extorsit. Orationi igitur
instat: nec enim Dñs grauatur, cuius miseratio-
nes sunt super omnia opera eius. Attēde enim
quōt per orbē ad Deum fundantur preces, & ge-
mitus: & intelliges capacissimā Dei longanimi-
tatē, qui tot gentium postulata non exhorreat.

Quis ex ^{robis homo, quem si peti- rit filius eius}
^{panem, p. scem, aut ouum.} Nō me cō-
tineo, quin subrideam. Quid Dñe, vis nos nihil
aliud à Patre tuo petere, quā panē, pisces, & oua?
Num vitam Cartusienſium, Christianos tuos
habere cupis? si carnem comedere à tēpore Noe
hominibus licuit, cur non mentionē de carni-
bus intulisti? Equidē respōdere quis possit, quod

Christus erat reparator innocentie: in qua ho-
mines sine carniū esu vitam peregerunt beatā.
Ita & Christus forsā optasset suos, à cura car-
niū fore alienos. Siquidē carnes non nisi ma-
gno ere comparantur, & adparantur. In cuius
testimonium post resurrectionē, pisces assos cū
fauo mellis Dñs manducat. Imò & ante resur-
rectionē, suos sectatores nō nisi cū pane & pisci-
culis paut. Non hęc intelligas, vt malū sit car-
nes manducare. Absit, sed quod liberius erat, &
facilius sine carniū vitam trāsfigere.

¶ Sed verò, quid est, quod panē, piscem, & oua
dixit? Res sane difficilis. Interim hoc accipe: Per
panē, vitę necessaria intelliguntur. Panis liqui-
dem ad viuendū est necessarius. Per pisces, vitę
delitię intelliguntur. Ambrosio teste, qui abun-
dantiā piscium dicit hominū illecebrā, atq; deli-
cias. Per oua verò non solum opes significātur
presentes, sed maxime future. Ouum siquidem
expectatio pulli est. Vt igitur intelligant oēs, à
Deo non solum esse expectanda necessaria (quę
sunt panis) sed etiam vitę delicias (id est pisces)
quando ita expedit: & nō solum à Deo esse ex-
pectanda presentia, sed & futura, in ovo presigna-
ta ideo Dñs panē, piscem, & ouū in mediū addu-
xit. Porro quia Deus dat presentia & futura tē-
poralia, quantum conuenit hominū saluti, ideo
non dixit Christus quod Pater dabit panes, pis-
ces, aut oua. Sed panē tantum, piscē, & ouum.

¶ Video tamen me, à litterali sensu nō nihil disce-
dere. Dñs enim cum de pane pisce & ouo esse
loquutus, intulit: quāto magis pater vester, da-
bit spiritū bonum petētib⁹. Igitur plana lit-
tere series est, vt Christus per panē, piscē & ouū,
spiritū sanctū intelligat, vt Lucas testatus est.

¶ Ideo enim vnicū panē, vnicū piscē, vnicū etiam
ouū dixit. Quia vnicus est etiā spiritus sanct⁹.

¶ Sed premo nūc dubio maiori. Quomodo Spi-
ritus sanctus est panis, piscis, & ouū? & quidem
dictu facile esset, quod spiritus est panis. s. neces-
sarium nobis alimentū, est & piscis, quia oē de-
lectamentū habet. Est & ouū, quia in eo est om-
nis spes vitę & virtutis, vt nunc nūc dicebam.

¶ Verum altior, credo, sensus subiacet: etiam si
penetrare nō detur. Admonebo tamē eius quod
occurrit. Panis oritur ex grano, quod primū ca-
dēs in terrā moritur: tum crescit in germē pul-
cherrimū. Deinde calore torrente adultū, grana
in culmine gerit. Quę molita, & à mulieribus a-
qua subacta, & fermentata, panem conficiunt.
Igitur Christus est granū frumenti, quod in ter-
ram nostram demissum est, velut emortuum,
quia exinanuit se. Creuit hoc granū per annos
triginta. Post quos, heroicorum meritorum gra-
na in fine vitę, velut in culmine attulit. Hęc me-
rita in sacra sua passione velut molita sunt. Man-
serunt tamen in horreo sanctę mulieris, id est,
Ecclesie. Quę accipiens hęc sacra merita, aquis
baptismi, vel pœnitentię cōmiscet. Et spiritum
sanctum velut fermentum addit vnde Sacra-
mentum

Roma 8.
Hebre 9.
Roma 5.
Zacha. 13.
1. Coin. 8.
Rom. 8.
Math. 22.
Math. 6.
Luce 18.
Colois. 4.
Psal 144.
Genes. 9.

Ioan. 2.
Ioan. 3.
Luce. 12.
Ioan 13.
Phil. 4.

mentum efficitur. En tibi panis, & ideo dictum est, quod Ecclesia abscondit fermentum, in farine satis tribus: cum tamen Synagoga non vteretur fermentato, sed azymis. Quia sacramenta Ecclesie spiritum habent, panisq; sunt fermentatus, & ideo ad vresendum idoneus: at vetera sacramenta hoc spiritu carebant. ¶ Piscis vero Spiritus sanctus dicitur, vel quia gaudet habitare in aquis multis, qui sunt populi multi. Vel, quia nescio quid habet Spiritus sanctus cum aquis. Siquidem in exordio mundi nascentis, spiritus ferebatur super aquas. Et quando Christus baptizatur ad aquas: adstat Spiritus sanctus in specie colube. Est plane piscis animal simplex, gregarium, secundum, latens, & quod vix scias qua re alatur. Quae omnia quadratissime Spiritui sancto conveniunt, ¶ Porro ouum, mortuum nunc est, vivet vero. Habet enim vitam & animam latentem, quam suo tempore proferet in lucem. Ita Spiritus sanctus facit nos mortuos quidem propter inhabitantem spiritum in nobis. Sed is ipse spiritus qui vivificavit Christum mortuum, vivificabit etiam mortalia corpora nostra. Habes ratiunculas quare spiritus dicatur panis, piscis & ouum. Contrariis rationibus spiritus hominis carere Spiritu sancto, habensque spiritum demonis, (quem peccatum mortale spiritui humano coniungit) dicitur lapis, serpens, & scorpius: lapis quia durus, in quem cadens semen non germinat, utpote quod humore careat. De quo lapide dicit Baptista, potens est Deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahę. Serpens est, qui super pectus suum gradiens, terram comedit cunctis diebus, terrena enim sapit, ad caelestia non attollitur. Scorpius est, qui cauda sua venenum effundit. Id vero est, quod vere timendum est. Quod enim dum vivimus a peccato ledamur: noxium est, at quod in fine vitae iniquitas calcanei nostri nos circumdet, & in infernum projiciat, tota infelicitas est. ¶ Finiam si illud addidero. Panem petant, si qui nunc a peccatis exeunt. Dominus enim puellae defunctae iubet dare quod manducet, panem. Si piscem petant qui iam cum Christo resurrexerunt, & vita virtutum vivunt. Sicut Christus pisces alios post resurrectionem manducavit. Quomodo petat qui proximus est morti. Siquidem ouum edere non potest, nisi putamine fracto. Ita rogemus, ut cum putamen corporis nostri frateretur, animam nostram Deus manducet.

Si ergo *vos cum sitis mali.* Duo hic mihi dicenda: Alterum quomodo verum sit, quod omni petenti Deus det, multo magis quam patres carnis nostrae. Alterum vero, quomodo verum sit, quod nos mali simus. In priori puncto dubitatio est, dicit enim Dominus. Omnis qui petit accipit, qui querit invenit. At Luce. 12. habetur. Contendite intrare per angustam portam, multi enim dico vobis, querent intrare, & non poterunt. Vbi res dolenda nimis annotatur, quod querent multi intrare, & non modo non intrabunt,

sed nec intrare poterunt. Imo & hoc loco dicitur: pauci inveniunt eam. Si igitur multi querent, & pauci inveniunt, non est verum quod omnis qui querit invenit. Et miser Saul indulgentiam non est assequutus, quam etiam cum lachrymis petijt. Ad hoc responsio plena est. Quod sicut plena bona sunt, quae divina sunt: ita & eam orationem, petitionem, aut inquisitionem, Deus ut plenam & eo nomine dignam arbitratur, quae a divino spiritu perficitur. Igitur oratio quae ab humano spiritu nascitur, non censetur a Deo in albo plene orationis: quare si haec suo desiderio frustratur, nihil Deus mentitur. At impossibile est eam orationem suo sine fraudari, quam Spiritus sanctus accendit. ¶ Secunda responsio est. Res non propter se queritur: sed propter gaudium, & usum: quae ex eis habituri sumus. Non enim quero panem propter panem, sed propter esum, & saporem. Quod si vel panis sine esu: vel esus sine pane daretur, mallem esum & voluptatem panis, sine pane: quam panem sine sua voluptate. Ita igitur qui (ut debet) petit, certissime sciat: quod vel percipiet quod petit: vel voluptatem, quam ex eius usu erat consequuturus. Paulus enim scit abundare: scit etiam penuriam pati, id est, scit in penuria ita gaudere, ac si abundaret. ¶ Tertia responsio est ex textu ipso. Omnis qui petit, accipit, non statim ac petit. Sed si querat, si pulset. Id est si non lassetur petens, querens, pulsas. Nec enim mulier illa dragmam quam perdiderat invenit, nisi post totam domum eversam. Evertite & tu tuam domum totam, & invenies. Vide etiam, Deus per triginta & tres vitae suae annos, suo multo te labore quesivit. Si non te adhuc invenit: quid mirum si tu eum queras, nec invenias? tu te negas Deo: & vie Deum se tibi concedere? ¶ Quarta responsio est, etiam ex textu. Non dicit textus omnis qui petit, quod petit accipit, sed Pater dabit bona petentibus se. Si igitur non accipis quod petis, non erat bonum quod petebas, aut aliud dabit bonum, quod vere sit petenti bonum. ¶ Quinta responsio etiam ex textu. Si petis panem, piscem, aut ouum: dabit Pater: forsitan non panem aut piscem, sed Spiritum sanctum, qui tanto melior est pane, pisce, aut ouo. ¶ Quis vero non miretur Patris largissimam largitatem, qui petentibus, Spiritum sanctum donat? o re vere miranda! Non sat erat Patri pro nobis proprium tradidisse filium, eundemque nobis dedisse (filius enim datus est nobis) addidit dare & spiritum. Quasi vel spiritus res esset vilis, aut homo res esset nobilis. Datur vero spiritus non in hostem, aut iudicem, sed ut veniant nobis omnia bona pariter cum illo. Et datur rursum, sine auro, sine commutatione. Sate est si petas.

Omnia *ergo quae vultis.* Videlicet cunctis poterat, quod ubi audissent homines Deum adeo prodigum, ut petentibus, sit spiritum suum sanctum daturus, oes nos statim acurreremus, statim peteremus. Quis enim Spiritum sanctum tam vili

Luce 13.
Exod. 12.

Apocal. 17.
Gencl. 1.

Math. 3.

Roma. 8.

Math. 13

Math. 3.

Gencl. 3.

Psal. 48.

Marci 5.

Ioan. 21.

Hebre. 12.

Philip. 4.

Luce. 13.

Ioan. 3.

Isaie. 9.

Sapient. 7.

Isaie. 50.

pretio non emat. At Dominus vbiq. sui memor, & vbiq. nobis proximorum amorem inculcās, admonet vt ea facianus proximis, quę ab illis nobis fieri poscimus. Et tunc veniet ad nos Spiritus sanctus, ad quę dandum & accipiendū vniuersa lex ordinatur, & prophete. Vacuus igitur Deo es, & te plenus: si vis quod Deus se in te effūdat, effunde te in pximū. Si quid tibi vis fieri, quod pximo nō feceris, iā te tibi reseruasti: reseruabit se Deus etiā sibi. ¶ Vbi lector agnoscis, quā verē Paulus dixerit, omnia p̄cepta in hoc vno instaurari. s. dilige proximum tuum. Et rursum, qui diligit proximū, vniuersam legem impleuit. Item Ioānes, Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalū in eo non est. Et rursum, Nos scimus quod translati sumus de morte ad vitā, quia diligimus fratres. Et demū Christ⁹ dicit. In hoc cognoscēt oēs quod discipuli mei estis, si dilectionē habeatis inuicē. ¶ Quis hīc non miretur quā Dñs curam nostri, velut Pater susceperit & quā videatur sui curā neglexisse. Non inquit, colite me, hęc enim est lex & prophete. Sed colite fratres, hęc, n. est lex & prophete. Quorum verborū hīc sensus esse videtur. Quidquid ab ipso mūdo nascēte, vsq. ad finem Deus per legē, aut prophetas mandat, huc maxime respicit, ne lædamus proximos. Quos adeo tenerē Deus diligit, vt nunquā cesset admonere, ne quispiam eos lædat: quos si læserimus, tangimus pupillam oculorum Dei.

Intrate *per angustam portam.* Quantū datur assequi ordo hic est. Prior est porta, per quam intrare iubemur. Post ingressum per fores, sequitur arcta via ambulanda. In fine verō via est regia ciuitas, vrbs. s. beata Ierusalem, ad cuius valuas pulsandū est. Quo circa illa tria verba priora. s. petite, quęrite, pulsate, ad hęc tria referenda sunt. Videlicet petite ingressum per portā angustam. Quęrite arctam viā. Pulsate ad cęlestis aulę, valuas beatas.

¶ Si quęras quę nā est hęc porta, aut quę via? Ipse respondet Christus. Ego sum inquit ostium: per me si quis introierit, ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Est igitur Christus porta angusta, quia humilis. Forrō idem Christus dicit Ego sū via veritas & vita. Est ergo Christus simul porta & via: sed alia ratione porta, & alia via. Porta est, cum infideles ad fidem: vel iniusti ad iustitiam conuertuntur. Via verō est, cū ijdem conuersi per vias iustitię gradiuntur, id est per viam quā Christus ambulauit. Cum igitur in fidelis vel iniquus ad sanctitatē vitę vocatur, & instigantur: planē vocantur vt portā ingrediantur. Cū verō ijdē extimulātur vt surgāt, comedātq. panem: quia grādis eis restat via, vsq. admontē Dei Horeb: tunc animantur vt per viā procedāt. ¶ Interrogauerūt tñ maiores nostri, quā causa porta hęc & via angustę dicatur? Primū quidē angusta est, quia per eā nō nisi vn⁹ trāsire potest, duos quippe nō capit. Vt. n. in cę-

lū nō ascēdit, nisi vnicus qui de cęlo descēdit, reliqui. n. si in cęlū sunt ascensuri, in illo vnico ascēdere debēt: ita per hęc portā, & per hęc viā, nemo intrare, aut ambulare potest, nisi Christ⁹, & reliqui in Christo. Desperēt igitur oēs infideles, via cęli nō nisi Christū capit, & eius mēbra. ¶ Secundo arcta via est & angusta porta, maxime tēporibus hīscē. Planē ante Christū via cęli erat vepribus, & spinis obsepta. Vix illa discerni poterat: at Christus Dñs viā illustrauit, imō & initiauit: teste Paulo. Habētes inquit fiduciā in introitu sanctorū, in sanguine Christi, quā initiauit nobis viam, nouā & viuētē, accedam⁹ ad eū. Post Christū via hęc per Apostolos & sanctos illos, qui primitias spiritus acceperūt obtrita, & plana facta est. Post patres nostros, pauci viam illā terūt, multę herbe, lapides, & sordes ex adiacenti via, huic vię sacrę iūguntur. Illa ex se erat arcta, nunc indies fit arctior & angustior.

¶ Tertio ad rē proprius, porta angusta est, quia cū intrat iniquus in eā, ex iniquitate recedēs, timores patitur & angustias. Qui. n. ad pietatē vocatur, timere incipit infernū, quē meruit. Christi iudiciū veretur, in quo dānatur. Deū sibi inimicū horret, peccati sordes in pedib⁹ dolet. Tot angustijs angustatur, vt reuera sētiat angustias portę sanē si qui ingreditur, cū peccatis ingredi posset. Si nō vitia deberet deserere. Si nō propria volūtātē, appetitum & semet ipsum deberet deponere, lata esset via. at hęc ōnia sunt reijciēda, alioquin nō te capiet porta. Qui. n. non odit animā suam non potest esse meus discipulus. Tādem angusta porta est, per quā ingredi nequit nisi id quod spiritus efficitur. Caro enim & sanguis (crassa hęc) illuc non ingrediuntur.

¶ Neq. verō solū angusta porta, & arcta via, ipsa in se est imō quidā ex maioribus nostris eā multo reddiderunt arctiorem, & angustiorē. Itaq. iā magis veremur adiectas quā innatas vię angustias. Vt verissimū sit, quod pauci inueniūt viam, & verissimū, quod pauci possunt intrare per eā. ¶ Aduerte verō, quod licet Dñs dixerit arctā viā & angustā portā, nō dixit tamen arctissimā viā, aut angustissimā portā. Alioqui si tantę essent angustię, frustra Dominus in mundū venisset, vt saluos nos faceret. Dilige Deū, crede in Christum, Ne lede proximum, Ecclesię p̄cepta ne temerē viola: & hęc est salutis nō arctissima via. Et demū lex & prophete in hoc in cumbunt, vt benefacias iuxta vires proximo. Hęc via arcta est, sed non arctissima. ¶ Quod si etiam arctissimam eam, quidam sanctiores iustō faciant: etiā si mille eā scrupulis, imō ingentibus saxis, impediāt: nihil desperādū. Sunt enim tot sanctorū exempla: est Christi p̄sens adiutoriū: Est Spiritus sancti efficacia, est Sacramentorū robur. Hęc viā reddūt facilē. Quod si adhuc tibi difficilis ē. Memēto quod virtuti Diuinę nihil est impossibile. hęc tibi De⁹ virtutē est dare parat⁹. Si petas, habebis: si nō petis, tibi vię difficultatē adscribe.

Attendite

Ioan. 3.

Hebrę. 10.

Concil. Tridē. Sess. 6. c. 6.

Luce. 14.

1. Cor. 15.

Luce. 11.

Roma. 13.

Galat. 5.

1. Ioan. 2.

3. Ioan. 3.

Ioan. 13.

Zacha. 2.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

3. Regū. 19.

angusta
via virtutis

Attendite à falsis Prophetis.

Quantum arbitror: hęc prima Domini admonitio dicentis: Attendite à falsis Prophetis, ad Episcopos spectat: & ad eos, q̄ populo, pastores, rectores, & Doctores præficere debet. His dicitur, attendite ne falsos Prophetas præficiatis: caute ne in re tãta, (in qua summa rerũ omnium consistit,) decipiãmini. Etiam si qui præficiendus est, veniat vt ouis: examinetur, an sit rapax intrinsecus lupus, id est, an querat quæ sua sunt. In qua re quia peccatũ est à maioribus nostris, ideo in desperato loco ferè iacet Ecclesia. Hanc rem à Christo tam attetè animaduersam Paulus ite animaduertit: cũ adsciscēs oēs maiores natu Ephesiorum, dicit: Attendite vobis & vniuerso gregi: in quo Spūs sanctus posuit vos Episcopos, ad regendã Ecclesiã Dei. Ego scio qđ post discessionem meã, intrabunt lupi rapaces. &c. ¶ Quod si quisquã contēdat hãc admonitionē ad oēs fideles spectare, nec ego dissentio. Et quidē prudētissimē nos Dñs à falsis Prophetis attendere iussit.

Acto. 20. Iustū. n. est vt Adã serpentem caueat. Noë aquas diluuij. Abraham ex suo sacrificio abigat aues.

Genes. 3. Loth fugiat a Sodomitis: quos etiã vidisse exitũ fuit, miserę eius Vxori. Cauet planè filij Prophetarum à colochintidis, quę licet in olla sint: sunt tñ mors in olla. Deniq̄, caueant à muliere extranea, & aliena, quę verba sua dulcia facit: preparata ad decipiēdas animas, garrulla, vaga, quietis impatiente, nec valente in domo consistere. &c.

Genes. 15. Quę Deus in Prouerbiorũ c. 7. elegātissimē psequitur. Rectē David inquit: libera me de manu filiorũ alienorũ: quorũ os loquutũ est vanitatē, sed dextra eorum, est dextera iniquitatis. ¶ Quid ni attēdendũ à falsis Prophetis, à quibus nō corporis imminet, sed anima: nō temporariũ periculum sed eternũ? O rem horrēdam penitus. audis falsum Prophetã: sequeris illũ, videtur via illa tibi recta: at nouissima eius ducūt te in pditionē. Cogitabãt impij, se rectã suũ iter cōfecisse. at vbi se in fine deceptos vidēt, dicūt: ergo errauimus. O infelicē errorē, cui nullũ remediũ iam subuenire potest. Attendite igitur à falsis Prophetis, q̄ veniūt ad vos in vestibis ouũ: at nō veniūt in fructibus ouũ. Oues omni ex parte sunt vtilis. simplices, paciētes, sociales: isti verò q̄ veniūt ad vos: omni ex parte sunt lupi, omni ex parte rapaces. Longa enim oratione, viduarum domos deuorant.

4 Regũ. 4. ¶ Atq̄ Dñe si nos cauere hos lupos veste ouilla cōtectos præcipis. quid faciemus vbi nō vestē ferunt simpliciũ ouũ, sed vestē afferūt pastorum? Quid. n. grex faciet: vbi lupum mitra. baculo. & gremiali viderit decoratũ? Facilè planè est lupũ abigere, vbi se ouē esse dissimulauit: sed q̄ ouis contra pastoreĩ insurget? Naturale siquidē est ouĩ lupũ horrere, pastoreĩ verò diligere. ¶ Sed ò stuporem Christianorũ, ò cecitatē. Nō iam oues fugiunt lupos & leones, ouũ vel pastorum figura

fallētes: imò sequūtur & amat lupos, & leones, leonũ imò demonũ habētes imaginē. Quid enim aliud est pastor, aut p̄dicator iniqua bella gerēs, & odia: quã pastor demōnis faciē ostēdēs? Taceo reliqua vicia, quę quia in superioribus nostris videre cōsueuimus, minimè exhorremus. Iam si is pastor cauēdus est, qui speciem habet sanctitatis: vt vel ouinã certè pellē habeat: quãto potius est cauēdus: qui & animo, & pelle, leo est. ille deglubit, sed non scādalizat: hic facit vtrũq̄. ¶ Lupos aiunt terra saburrari. O verò si nostri lupi terrã quã calcāt oues, deuoraret tatum. Id est ò. si lupi hi, solũ tēporalia Christianorũ obligurirēt. Sed calamitas nō est ista dūtãtaxat. Sed calamitas hęc est: qđ cũ Petrus occidit leones, vrsos, & serpentes: eos māducās, vertit in Deũ: at Lupinus pastor oues manducans, vertit in diabolũ. Planè si rapimur à malo pastore, ex Apostolis (vt Iudas) diaboli efficiimur. Hoc verò fieri potest, dici prodignitate non potest.

A fructibus ^{eorũ cognoscetis eos.} Sapiētissimē respōdet ad interrogationem, quã oues à talibus lupis tremētes rogaret. Dñe si tatum ab his imminet periculũ, quomodo eos cognoscemus? Et quidem Dñs in illis prioribus verbis, quibus dixit (attendite à falsis Prophetis: q̄ veniūt ad vos ostētates pellē ouinã) plenè eos dignoscere docuit. ¶ Siquidē veri pastores non ipsi veniūt, sed mittuntur. ¶ Neq̄, veniūt ad vos, sed lubēti s̄ abscondūt. ¶ Neq̄, ostētāt pellē ouinã: imò gaudēt, si nō ita pellis videtur. ¶ 1. Audi singula: Christus est q̄ licet ipse venerit, at libētius dicit se missum à Patre, dicit. n. q̄ misit me Pater. Et rursum: ego mitto vos, sicut misit me Pater. Sed deniq̄, Christus potest dicere: ego lux in mūdum veni. veri pastores tñ, nō veniūt sed mittuntur, quia filij Dei à Spũ agūtur, & speciatim mittuntur ad prædicadũ. Nemo. n. assumit sibi honorem: nisi vocatus & missus. At, q̄ lupi sunt, ipsi veniūt ex se. De quibus sepe dicit Dñs, quod eos ipse nō miserit, vt est apud Ieremiã. ¶ 2. Rursum verus pastor q̄ mittitur: nō lubēter venit ad vos. Sed cũ Mose dicit: mitte quē missurus es: neq̄, n. eloquēs sum ab heri & nudius tertius. Et cũ Ieremia dicit: A, ò, Dñe sicut puer nescio loqui. & cũ Spōsa flet qđ à sua quiete abducatur: quodq̄, lauerit pedes suos, nec placet rursum inquinare illos. At malus pastor in theatrũ & forũ spōte cōcedit: in eũ videlicet locũ vnde plus vtilitatis & sanguinis alieni poterit deuorare. ¶ 3. Demũ bon⁹ pastor pellē ouinã nō ostētāt, sed abscondit. nō eã ipse omnib⁹ cōspiciã pfert: sed ipsa pellis nōnũquã etiã ignaris pastoribus se se pdit. ¶ Hęc verò pastorũ, & doctorũ indicia videri poterãt abstrusiora, quãq̄ à simplici ouũ plebe intelligi possit: idcirco Dñs & magister omnium aptiora docet argumēta: qui⁹ falsi Prophetę dignoscātur. A fructibus eorũ, inquit, cognoscetis eos. Iã non est omnino manifestum de quibus fructibus loquatur? Sed profectò ipse se Dominus explicat: Nūquid,

Acto. 20.

Ioan. 6.

Ioan. 2.

Ioan. 6.

Ioan. 20.

Roma. 8.

Hebrę. 5.

Ierem. 14.

23. 27.

Ioan. 10.

Exod. 4.

Ierem. 2.

Cantic. 5.

Math. 23.

ait, colligunt ex spinis vuas: aut ex tribulis ficos? Igitur in hoc dignoscuntur falsi Prophetę: si ficus proferunt, & vuas, & quidē proferre nequeunt, cum sint ipsi tribuli & spinę. ¶ Quęris quas ficus & vuas prophetę ferre debeant? Audi: Exploratores à Iudęis explorationi terrę promissionis demandati, cū redeunt, ferunt ficus, vuas, & malo granata. Significantes quod predicatorum, (qui exploratores nostri sunt) Patriam cęlestę, vel de longę explorarunt: & inde afferunt verba, & opera: quę dulcedinem cęlestem referant: afferunt charitatem quandam cęlestem, quę in vna significatur dulcedinemq; cęlestem, (qualis in nostro deserto nō inuenitur,) per ficum significatam. Cū ergo oues sentiunt in predicatoribus, & pastoribus, cęleste non nihil, quale in hac terra non reperitur. indicium est predicatoris Euāgelici, ficus & vuas ferentis. Iactat hęc de se Paulus: Non inquit in persuasibilibus humana sapiętię verbis: sed in doctrina spūs. quasi dicat, nō terrena loquutus, sed planē cęlestia. Et alibi: An experimentum quęritis eius qui in me loquitur, Christi? Quasi dicat cęlestis est doctrina, non tota terrena. ¶ Quęris curiosius, Cur Christus solū de ficu meminit & vuas, non de malogranatis? Certē, quia in lege noua cessant malogranata. veritas enim nō contestata, malogranati putamine, sed aperta (vt ficuum & vuarum) in Euangelio, pponitur. ¶ Forsan nō est tibi adeō delicatus gustus, vt ficus & vuas ex cęlo deductas percipere queas. Facilius argumētum audi: Si predicator docet vnitatem, & charitatem: argumētū veri Prophetę est. Ficum enim grana multa vni pedamento cōiuncta continere videmus, vuarū racemus multa item grana vni pediculo adhęrentia coęrcet. Si igitur predicator docet schisma, & discessionem: si predicat aliam fidem, alios mores, quam vniuersalis & Romana docet Ecclesia, hic falsus Propheta est. Igitur precipuum veri Prophetę specimen est, quod vnitatem ad vnum Christum, ad vnum Pōtificę, ad vnū Regem docet. Vnus igitur Deus, vnitatis & pacis amator, eos Prophetas mittit, qui vnitatem amant & pacem. ¶ Secundō ficus & vuę calēt, vt Galenus author est. Si igitur Predicator teporem, licentiamq; predicoet: falsus Propheta est. si verō feruorem caloremq; charitatis animis audientū infigat, verus Propheta est: ficus. n. & vuas audientibus profert edendas. ¶ Tertiō ficus, & vuę pingues reddunt edētes. eodem autore Galeno. Si igitur Predicator pinguiorē reddat animas audientium ficus ille predicoauit & vuas. ¶ Aperit se nobis locus eximius. si Predicator proferre debet ficus & vuas: igitur ficus arbor esse debet, & vitis. Rectē quidem Christus ad animam dicit: Ficus protulit grossos suos, & vineę dant odorē: surge propera amica mea. Quasi dicat si verus Propheta iam laborauit pro virili, surgat audientium an me. Rectē rursus Nathanaeli dicit Christus, sub arbore ficu vidi te. quasi Christus nō re-

spiciat animas, nisi sub veri predicatoris, id est, Ioan. 3. ficulneę vmbra cōsederint. Demū Christus vitis est vera, debet etiam predicator vitis esse, aut certē palmes. ¶ Cōtra falsus Propheta spinetum est, & rubus, q aculeis suis Deū & homines pūgat.

Iam si verus Propheta ficus est & vitis, & falsus, est spinetū & rubus: arbor erit bona, fructus bonos proferens bonus Propheta: Cōtra arbor erit mala, malos reddens fructus falsus predicator. Et propterea Predicator verus, vt arbor bona, (id est, vt bona ficus bonaq; vitis) fructus bonos proferet. Spinetum verō fructus nequit bonos proferre. Dices quid? Bonus ne predicator bonos semper edat fructus: nūquam verō malos: & contra, malus predicator nunquam bonum faciet fructū? Respondeo: etiam ficus, & vitis inutiles aliquando reddunt fructus. sed quia frequētius ex natura vitis, bonos profert fructus: ideo bona arbor est. spinetū verō mala arbor est: quia ex natura sua, aut non reddit fructum, aut inutilem. Vt igitur ex bona ficu aut vite colligimus bonos quos habet fructus, malos (si quos habet) reiicimus ita bonos fructus boni predicatoris colligamus, malos (si habet) abiiciamus. Siquidē in predicatorē est nō nihil semper defectuosum. Cū in Angelis sit prauitas à Deo reperta. Et Petrus: ille reprehensibilis fuit, & nō est homo qui non peccet. Sed si predicator omnes, aut plures malos fructus facit: hic excindendus est, & in ignē mittendus. Igitur si predicator hęreses disseminat, excindatur ab Ecclesia per excōmunicationē & in ignem mittatur, vt ardeat. etiam si hęretici Lutherani disrumpantur: clamantes hęreticos non debere excōmunicari, & comburi. Quid enim si Ecclesia nunc faciat, quod Deus in futurū facturus est? At Deus eos excindet, (quam Theologi vocāt pœnam damni,) & in ignem mittet (quam illi pœnam sensus nominant.) Absoluit Dominus hanc partem verbo sequenti.

Igitur ^{a fructibus eorū cognoscite eos.} Quod licet à me explicatū sit, patere lector tñ si vnū verbū adiecerō. Sine dubio, fructus predicatoris sunt verba suę pdicationis. vt igitur animal rationale, ab irrationali per verbū dignoscitur: ita & verus à falso pdicatore p verbū pdicationis suę erit discernendus. Verbū veri predicatoris, sunt gladius acutus: ptingēs ad diuisionē animę & spūs. nō sunt talia verba falsi Prophetę: narrauerūt iniqui fabulationes: sed nō vt lex tua. id est narrāt velut fabulas, ex quibus gustus dulcescit, nō ex quib; anim; gladio penetrāte discinditur. ¶ O q pulchrē dictū est: exultationes Dei in gutture eorū, & gladij ancipites in manib; eorū: ad faciendā vindictā in nationibus, & increpationes in populis. Planē q in gutture animę suę, dei delectationes sentit, is pdicator verus est: is habet gladiū verbi Dei ancipitē: vt cum Ieremia euellat & plantet & cum Paulo increpet conuincat, & diudicet audientes.

¶ Secundō: verus predicator habet alios fructus: videlicet

Numer. 21.

Predicator verus

1. Cor. 2.

2. Cor. 13.

Galat. 1.

Ephes. 4.

Li. Simpli. medicamentorum.

Li. Simpli. alii. canticum.

Cantic. 2.

Iob. 4.

Galat. 2.

Eccles. 7.

Hebrę. 4.

Psal. 118.

Psal. 149.

Ierem. 1.

1. Cori. 14.

videlicet filios quos Deo genuit. vt enim filij sunt fructus ventris: ita fideles sunt fructus prædicatoris. Igitur verus prædicator filios gignit verè pios: non tales gignit falsus Propheta. Audi Apostolum: Nonne opus meum vos estis in Domino? Et si alius non sum Apostolus, vobis tamen sum. Nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino. quasi dicat, à fructibus meis agnoscite me. imò à vobis ipsis me cognoscite. Vos enim estis signum & sigillum, quo Apostolus dici, & haberi mereor. At isti falsi Prophetae qui resistunt veritati: vt fermentum modicum, totam massam corrumpunt.

¶ Tertiò fructus prædicatoris sunt opera eius. Non vnum aut aliud. in his enim labi poterit: sed à fructibus eorum plurimis cognoscetis eos. Maxime si quæ dicit, facit. Elegantissimè enim dictum est in Psalmo: Paut eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos. Id est, is prædicator verus est: qui in innocentia pascit: quique pascit in ea intelligentia, & doctrina quam manus suæ pepererunt. Id enim est, in intellectibus manuum suarum, id est, operum. Si igitur veniens in ouina veste, in ouinis verbis, ouinam præstat vitam, ouemque se omnibus prebet ad vsum, is verus Propheta est. Quod si cupis ouinam vitam nosse: vitam Christi contemplare, is enim vt ouis ad occisionem ductus est. Nullù verò animal vtilius homini, quàm ouis. Nihil vtilius debet esse homini, quàm prædicator.

Psal. 126.

1. Corin. 9.

Galat. 5.

1. Corin. 5.

Psal. 77.

Præd.

Isaic. 53.

1. Cor. 13.

Præd.

Roma. 8.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Non omnis *qui dicit mihi Domine Domine.* Docuit celestis doctor, quomodo oues cognoscant pastorem suum: nunc docet, quomodo se quiuis pastor agnoscat. Ex licet ad oues etiam hæc doctrina referri possit: maxime tamen ad eos spectat qui in Christi nomine prophetant, & demonia eiiciunt. Vix verò reperias locum altioris, & terribioris eruditionis, quam est hic, quem exponimus. Primum enim docet, in quibus exercere se debeat prædicator: Tum admonet, quod etiam si in his se promptum inueniat: nec dum tamen tutus est, vt intret in regnum. Igitur cum hi falsi prædicatores dicunt: (Domine Domine, nonne. &c.) his verbis docent, munus prædicatorum, tria complecti: in quibus Prædicator se debet exercere: Primum quidem in affectu, quo inflammatus dicat, Domine Domine. vel vt Paulus docet: in quo dicat, Abba Pater. Id verò nescio quomodo fieri facile possit, nisi per orationem, quæ est eleuatio mentis in Deum.

¶ Secundò. Exercere se debet Prædicator in prædicatione: non quauis: sed eam, quæ Prophetiæ nomen meretur. Et non quacunque, sed in prædicatione prophetica, quæ sit in nomine Christi. Hoc enim est quod hi Prophetæ dicunt: Nonne in nomine tuo prophetauimus? ¶ Tertiò exercere se debet in operatione multarum virtutum: ita enim dicunt, & in nomine tuo virtutes multas fecimus. Oret igitur prædicator vt affectu ignito

dicat Dñe Dñe. Secundò prophetet in nomine Christi. Tertio, multas virtutes faciat. ¶ Libet nõ nihil attingere eorũ quæ pposui. Si prædicator est altera Maria: quæ secus pedes Domini pfundè suscipit verba Christi: inueniet in se piũ amorem in Christum, quo dicat Domine Domine. ¶ Iam si lumẽ habet: quo mysteria fidei speculetur, Prophetæ nomine insignitur. Quod si nõ habet cor axaltatũ, neq; elatos oculos, neq; ambulat in magnis aut in mirabilibus super se, planè Propheta est in nomine non suo, sed Christi. ¶ Demum si Mariæ adiungit Marthã: vt dissidentes reconciliet, vt infirmos visitet, vt tristes exhilaret, vtq; loca pia restauret, is planè virtutes multas facit. ¶ At deum immortalẽ, & quid deesse poterit viro qui per orationẽ Maria est: per lumen quod habet, est Propheta: per humilitatẽ est Propheta Christi & per industriam multas virtutes facit. Num est quod requiras in homine tanto? Respõdet Dominus durissima verba. ¶ Neq; is, inquit, intrabit in regnum cœlorum: nisi fecerit voluntatem Patris mei. Id verò est quod Paulus dicit: Si habuero linguarũ donum, quo dicã Domine Domine, Si habuero omnẽ prophetiã, & nouerim mysteria omnia, ita vt in nomine Christi, montes transferam: Si demum habuero eam diligentia vt omnes cõpes meas in pauperes distribuam, si charitatem non habeam, nihil sum. ¶ Maior ergo virtus, maiusq; miraculum est: vt homo faciat voluntatem Patris, quam vt reliquã miracula faciat. ¶ Quod si Propheta, quem proximus non intrat in cœlum, quomodo intrabit, qui neq; affectum habet quo dicat, Abba Pater: neq; lumen habet quo nouerit mysteria: neque Prophetat in nomine Christi, sed capitis sui somnia fingit: neq; virtutes facit in bono, sed mōstra potius edit in malo? ¶ Miraris forsã: audi quod mirere magis: In illa die inquit, confitebor illis: quia nõ quã noui vos. Vbi multa sunt admiranda. Primum: Largitas immensa Dei: qui sustinuit hos prædicatores, in nomine suo prophetantes: nec voluit vt ignis de cœlo in eos descenderet, vt Ioãnes optabat: Imò verò non sustinuit modò, sed gratis honorificauit affectũ eis pũ tribuẽs, quo diceret Domine Dñe: lumẽ tribuẽs quo prophetarent: fiducia qua in nomine Christi mirabilia perficerent: & perseuerantiã, qua non vnã aut alterã ederet virtutẽ, sed multas. ¶ Secundũ. Quod hi prædicatores mirabilia faciẽtes, nunquam habuerunt gratiã iustificantẽ. Dicit. n. textus: Nõquã noui vos. Fieri igitur potest, vt ex quo quis prædicationis munus inchoauit, ad vitæ finẽ, nõquã fuerit in gratiã, & adhuc mirabilis ppheta fuerit. ¶ Tertiũ: Ex hoc textu colligi videtur, nõnũquã fieri: vt Deus fidẽ, & gratias gratis datas homini infundat iniquo. His. n. Prædicatoribus fidẽ dedit & dona, cũ essent tũ iniqui. ¶ Quartũ: Si Deus cœlestia dona iniquis tribuit, qd grãde cõficimus, si tẽporalia nostra, etiã inimicis nostris largiamur? ¶ Quintũ: Quanto rubore pefundetur Prædicator

Luce. 10.

Psal. 130.

1. Cor. 13.

Luce. 9.

Ita dicit Thom. 2. 2. quest. 6. art. 2. ad 3.

Roma. 2. cator, magister faciendæ virtutis, operarius tamen iniquitatis: Planè in die iudicij, quemuis pudebit suæ iniquitatis: sed nescio vbi comparare poterit, qui profitebatur pietatem: exercebat iniquitatem.

¶ Sextum: Ex illo verbo, recedite à me, videtur colligi, prædicatores dum viuunt maximè esse Deo cōiūctos. Cuius est ratio multiplex. Prior, quia nunquam non Verba Dei tractant. Deum habent semper in ore, habēt etiā in cogitatione, & deberent eum semper habere in affectu.

¶ Altera, quia reuera habet Deus specialissimam curam eorum. Vt enim Pater nunquam deseruit filium suum quem ad prædicandum hominibus misit: ita nec Christus suos vnquam dimittit Prædicatores: Ita enim ipse promisit, cum dixit: Sicut misit me Pater, mitto vos. Quanto verò fuit maior Dei ad prædicatores coniunctio dū viuerent: tātō maior significatur furor, in illo verbo, recedite à me, qd' eis in Iudicio dicitur. ¶ Tertia quia illa met verba quæ mali prædicatores tractabant: erant ex se potentia Deo, ad destructionem omnis iniquitatis: erant rimæ per quas Sol iustitiæ in eorum animas gestiebat intrare. erantq; canales & tubi per quos cœlestis aquæ flumen eorum corda irrigare conabatur. ¶ Quarta quia iudicio meo cum prædicatore iniquo semper Deus colluctatur: vt eū ab iniquitate deiiciat. Iam nunc expende illius verbi, recedite, rigorem, & terrorem. ¶ Vltimo attende verbum illud operari iniquitatis non dixit qui facitis iniquitatem, sed operarij, quasi eorum officium fuisset operari iniquitatem. Eum enim operarium dicimus, qui dicatus est operi faciendo. Maximè ergo reprehenditur prædicator, qui se iniquitati dicauit.

¶ Quinto attende verbum illud operari iniquitatem non dixit qui facitis iniquitatem, sed operarij, quasi eorum officium fuisset operari iniquitatem. Eum enim operarium dicimus, qui dicatus est operi faciendo. Maximè ergo reprehenditur prædicator, qui se iniquitati dicauit.

Omnis *ergo q' audi uestra mea l'at, & custodit ea, & stabit vir.* Vir hic sapiens, qui domum suam supra petram edificauit. Verbum Dei est. Planè vir, quia virtus est Dei: & brachiū Domini: & gigas qui exultauit ad currendam viam suam: & vir quem fœmina circūdedit. Planè etiam vir sapiens: quia Dei est Sapiencia, in quo sunt reconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Hic igitur vir sapiens domū suam, id est suam humanitatem fundauit super petra. Planū arbitror esse: quod humanitas Christi sit Verbi diuini domus. Si enim nos sumus templū Dei, & in nobis Deus inhabitat: quanto potius in sua sacerrima humanitate habitare dicemus? Verissimum n. est, quod Sapiencia quæ est verbum Dei edificauit sibi domū suam, secūdū carnem. & cæt. Hanc ergo humanitatem supra diuinitatis suæ petra fundauit. quando eam sibi adeo vniuit: vt verè diceremus: Deus factus est homo, & factum est, vt homo esset Deus. Pulchrè verò dicitur domus supra diuinitate fundata. Siquidem deitas mansit oculis hominum, sicut fundamentum, abscondita. Humanitate, velut domo, oculis mortalium detecta. Contra hanc domum venerunt flumina, & flauerunt venti: imò

venerunt maria, & omnes aduersariæ potestates: venit totus infernus, & irruerunt in hanc sacram humanitatem, nec cecidit tamen. quia fundata erat supra diuinitate. Contra quam omnis seculi potestas minor est. Venerunt, inquit, aquæ vsque ad animam meam. Et rursus: veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Sane quia benè fundata erat domus Domini. altitudo ventris inferi non modo non absorbit domum, imo contra, ita firmavit: vt eius firmitate domus nostræ firmæ factæ sint. Misit enim Deus de summo (inquit hæc domus) & assumpsit me de aquis multis: Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab iis qui oderunt me, qui confortati fuerant super me. Cū igitur Christum contemplaris in nocte suæ sacræ passionis: cum lachrymis, & clamore valido, pro liberatione clamantem: intellige tunc frementes ventos, & furentes fluctus, & grandinis pluuiam: velut agmine factō, in Christum irruisse: adeo vt Christus dixerit: Eripe me de luto vt non infingar Libera me de profundis aquarum, non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum. At tanta erat huius domus firmitas, vt nec particula eius deciderit. Dicit enim: Eripuisti oculos meos à lachrymis, & pedes à lapsu. Enimvero si Christus in agonia, vel minimum peccatum admisisset: non nihil ex domo decidisse diceremus. At quia nemo est qui eum arguat de peccato, (siquidem peccatum nō fecit, nec est dolus inuentus in ore eius,) planè fit vt nec ruina domus magna aut parua facta sit. Quod si etiam domus hæc in sepulchrum lapsa videtur: non lapsa est tamen, sed profundius collocata, vt tutior nostra ædificatio consurgeret. Si enim mortuus est, propter peccata nostra mortuus est: surrexit tamē propter nostram iustificationem.

¶ Vt igitur Verbum Dei edificauit supra suam deitate, suam sacram humanitatem: ita qui præcepta Christi, in his tribus capitulis cōtenta, perfecit. edificat domū suam, id est, corpus & animam suam, supra petram, id est, supra Christo. Quod vt planius sit, recolamus ex Apostolo, Corpus nostrum esse templum ac domum Spiritus sancti. imo totos nos, dicit, esse domum Dei. Nescitis inquit, quod templum Dei sitis, & spiritus sanctus habitat in vobis. Ad quod probandū adducit textum Dei apud Ieremiam. Inhabitabo in eis. &c. Vos enim inquit estis templum Dei viui, sicut dicit Deus. quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos. Imò ipse Dominus dicit: Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Sumus igitur domus dei, templum, & sedes. Et Apostolus nos vocat Dei ædificationē. Interim enim quod viuimus Deus & nos, nos ipsos edificamus: Siquidem, vt adiectione lapidū & laterū crescit structura: ita adiectione sanctorum operum, & virtutū acquisitione: crescimus in templum sanctum in Domino. Quo circa erigere se

psal. 68.

Eodem. Eccli. 31.

psal. 176.

Hebræ. 9.

psal. 68.

psal. 114.

Ioan. 8.

1. ctri. 2.

Roma. 4.

1. Cor. 10.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

Leui 26.

Ioan. 14.

gere se, qui uis potest per gratiam Dei, & sua opera: in celsissimum culminis fastigium. Quantum enim homo exterior corrumpitur, tatum homo interior, qui ad imaginem Dei conditus est, renouatur de die in diem. Renouatur inquam & crescit: donec occurrat in virum perfectum, in mensuram ætatis, qua plenus omni virtute apparuit Christus.

Huius verò edificationis fundamētum, & lapis fundatus, est Christus. Vt testatur Apostolus dicens: Super edificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide, Christo I. E. S. V. In quo omnis edificatio constructa crescit, in templū sanctum in Domino. ¶ Finge ergo magnum lapidem, rotundū tamen, si super eo edificare uelis: necesse est, eius rotunditatē aliorum lapidum adiectione, ita cōplanari, ut super plano edificari multę domus possint: ita Christus rotundus lapis est: quia sine principio est, & sine: cum tamen ubiq; sit principium & finis, siquidem est Alpha, & o.

Huius ergo lapidis rotunditas, adiectione Apostolorum & Prophetarum plana facta est. Ita. n. ex oraculis Prophetarum, & uita Apostolorum Christus est illustratus: ut nemo nisi stultus sit, q. se supra Christo edificare non uelit, & possit. Quare qui præter ea quę Apostoli docuerunt uerbis, & operibus, aliud Euangelium, aliam edificationem, aut aliud fundamentum struere conatur, anathema sit. ¶ Porro bitumen quo quis huic se fundamēto superedificare debet, charitas est, & fides in Christi promissa. Cum igitur operamur per fidem & charitatem in Christum, nos Christo coniungimus. Et cum opera operibus super adiciamus, nos ipsos augemus. & ita domum Deo edificamus, in qua ipse inhabitet, adoretur, & sedeat. ¶ Quin: non solum Deo domū edificamus: sed & nobis. Vir enim sanctus nō solum intra se habitat (ut pote qui interior homo sit:) sed etiam intra se suas habet opes: imo mens bona intra se regnum possidet. Siquidem, regnum Dei intra uos est.

Porro contra domum quę sic in Christo edificatur, descendit pluuia, flant venti, & irruunt flumina. Sanè quia militia uita hominis est, non vno die, mense, aut anno, sed quādiu uiuit super terrā. Itaq; de cælo, de terra, ab Aquilone & vndiq; domus hæc quatitur. Dicitur enim in Sapientia, quod omnis creatura armatur contra hominem, factaq; est in muscipulam pedibus nostris.

¶ Igitur pluuia de cælo est: venti vndique flant, flumina de terra ortum habent. Crederem igitur pluuiam significare prosperitates de cælo, etiā piis hominibus descendentes. A quibus periculū est vel mollitudinis, vel tumoris in anima. Sicut terrā à pluuia, tumescere, & mollescere uidemus. Flumina uero significāt omnia prospera & aduersa quę ex rebus seculi nobis cōtingere solēt. A quibus periculū ingens nobis est. Sumus enim terra, & ideo facilè à flumine irruēte dissipamur.

Venti uerò sunt ea omnia tentamenta, quę à dæmonibus insurgunt. Quorū impetum neq; Iobi domus sustinuit. Quorū acutū flatum nec Adā sensit, nisi cū lapsus se uidit. Quorū artē & astutiam & Paulus ipse timet. Sicut igitur venti vndiq; flant: ita & aduersarius noster diabolus vndiq; circuit, querens quē deuoret. At ventus per rimulasetiam illabitur, ut sciamus quā sit nobis difficilè (qui tot patētes habemus fenestras,) dæmonum illapsus cauere.

Licet uerò omnia prospera & aduersa: de cælo, de terra, de aduersariis potestatibus ueniant irruant & concutiant domū hanc, ipsa firma perseuerat. etiam si iungantur arma iustitię: famę, & ignominia: licet armentur præsentia instantia & futura. principatus & potestates & omnis creatura non poterunt nos separare à charitate Dei: quę est in Christo. Videlicet, quia sicut Eliseus dixit: plures sunt nobiscū, quā cum illis. Et sicut Dñs ait: nemo rapiet oues de manu mea: quia Pater qui dedit, maior omnibus est. Certè donū gratię ordinis est diuini, quam qui habet, potestatem habet calcandi super serpentes. Siquidem super aspidem & basiliscum ambulare poterit, & conculcare leonem & draconē. Habeamus nos Christum qui semē Eue est: & licet nos Eua simus (cuius calcaneo insidiatur serpens,) Christus tamē eius cōteret caput. Itaq; domui nostrę ut cadat, ne utiquam ex pluuia uentis, aut riuus periculum imminet: sed ex semetipsa: uide miseram fortē, tu tibi periculum es, uenenum, & pestis. Hactenus de domo supra petra constructa.

Nunc de domo quę corrui. Vir stultus qui edificauit super arena, diabolus est. Vir, quia non est potestas quę comparetur ei super terra. Stultus, quia cum dæmones sapientes essent, stulti facti sunt. siquidem mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in imaginē miseradę creaturę. Tāta uerò calamitas diabolo contigit: quia edificare se uoluit super se, super amore sui, & super glorię uanę cupiditate. quę arena est exigua, nec lapidis obtinet firmitatem. Arena quidem, diuisa est, & dispersa: At Deus vnus est, & q. ei adheret vnus spiritus est. Porro qui ab eo discedit, nō fit vnus spiritus, sed per multa dissipatur. Arena, bibula est, nec satiatur vnquam. Porro lapis, quem bibit humorē conseruat, nec sitim in eo agnoscas. quia qui bibit ex aqua cælesti sicut lapis, non sitiet iterum. Edificauit igitur diabolus se, & suos, super arena exigua: ideo uenerunt flumina & venti: & in eius edificium irruerunt. Siquidem omnia illa dona sapientię & probitatis quibus Deus Angelum exornauerat, uelut agmine factō, in eum irruerunt. fuerunt enim ruine eius occasio. Cecidit igitur domus illa, & facta est ruina grandis. grandis sanè, siue spectes eum qui decidit: siue tertiam partem stellarum, quam secum abduxit: siue locum in quem detrusus est, siue demum carceris æternam infelicitatem.

Huic stulto edificatori similis est: qui audit hæc

2. Corin. 5.

Coloss. 3.

Ephes. 4.

Isaic. 28.

Ephes. 2.

Apocal. 1.

Galat. 1.

Luce. 17.

Iob. 7.

Sapient. 14.

Iob. 2.
Genes. 3.2. Corin. 2.
1. Petri 5.2. Corin. 6.
Roma. 8.

4 Reg. 6.

Ioan. 10.

Luce. 10.
Psal. 90.

Genes. 3.

Iob. 41.

Roma. 1.

Ephes. 4.
1. Cori. 6.

Ioan. 4.

Apocal. 12.

Isaic. 14.

hæc Domini verba, nec facit ea. Sanè hic ædificat etiam domum: sicut & ille qui audit verba & facit. Par sanè est vtriq; labor. Neq; enim tibi persuadeas minus laborare, & angere impios, quàm pios. En Dominus dicit: quod sicut pius laborat, domum edificans ita laborat & impius. edificat enim & ipse domum: se scilicet & opera sua edificat super delitiis, diuitiis, & honoribus, quæ omnia arena sunt, & puluis cinis & terra. Si. n. homo ppter quæ hæc omnia sunt, puluis est & terra, an non magis erunt & illa? Planè terrena sunt non cœlestia, diuisa sunt, non vnũ: Domino teste, qui dixit Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: non erga vnum. at Maria vnũ illud: quod necessarium est delegit. Sunt igitur arena, nõ lapis. Rectè Paulus: Mulier nupta cogitat quæ viri sunt, & diuisa est. quia vt terrena sunt in se diuisa: ita animũ diuisum efficiunt. Cũ igitur animus ex se noster infirmus sit: si diuiditur, minor fit. virtus enim dispersa minor est. Animus ergo per secularia dispersus infirmissimus est. Non igitur cadentis pluuiæ irruentium fluminũ & flantiũ ventorũ ictum sustinere poterit. Labitur planè in quauis tentatione, misera (quæ Deo non nititur) anima. Si. n. & quæ nititur Deo, caderet, nisi electa esset, & nisi breuiaretur dies illi tribulationis: (imo & cadunt nonnunquã electi, sed nõ colliduntur, quia supponit Deus manum suam:) quanto potius cadent, & collidentur impij. O verò magnã domus ruinam! Magna reuera est ruina eius qui in peccatum mortale cadit. maior heu qui in infernũ labitur. Ego planè nescio quo dolore & lachrymis prosequar eum, qui cũ in gratia esset, id est, in cœlo: in peccatũ mortale decidit, id est, in infernum. ex throno Dei vbi cum Christo sedent Christiani in cœlestibus, ruit in æterna tormẽta: õ verè magnã ruinã. Profectò nõ potest nõ esse magna ruina, ad quam reparandam Deum ruere, & mori fuit necesse. Quod si est lapsus ille timendus, quo anima ex gratia cadit in culpam, quanto erit ruina maior, quando ex morte hac priore, in mortem cadit secundam? Reuera ruina grandis, quia mors peccatorum pessima: quã ossa animæ ita confringuntur. vt ad nullum bonum agendum vires inueniat: quã vires animæ ita conciderunt: vt illa vera & viuã tormẽta, nullatenus ferre possint. Demũ magna est ruina: quia non manet lapis positus super lapidem. tum quia in inferno nullus est ordo: tum quia in inferno, nihil est firmũ. quare nec ibi inuenitur lapidis firmitas. quia hic fuit super arena, & non super lapide edificatio facta.

Et factũ est cũ consummasset.

Colligamus ea, quæ authoritatem, gratiam, & admirationem verbis Christi conciliabant. Primum: erat illi vox sonora & suavis. Vt sponsa de eo prædicat: dicēs. Labia eius, lilia, distillantia myrrham primam. Et rursus: Species eius vt li-

bani, electus vt cedri, guttur eius suauissimum. Secundò erat illi summa ad persuadendum ars. habebat enim linguam eruditam: vt sciret eum qui lassus est, verbo sustetare. Ideo enim dicitur: quod habuit linguam sicut sagittã electam, & sicut gladium acutum, pertingentem vsq; ad diuisionem animæ & spiritus, cõpagum & medullarũ. Tertiò eratei natia gratia: ad illectãdos, & inescandos auditores: vt in medio cõcionis surgeret mulier, & clamaret: beatus venter qui te portauit. Quarto: Sicut Anima Christi fuit instrumentum diuinitatis, ad edenda miracula in corporibus hominum: ita vox Christi erat instrumentũ eiusdem deitatis ad facienda miracula in animabus. Vide S. Thomam. 2. parte quæst. 13. artic. 2. & Secũda secũde. q. 178. arti. 1. Igitur sicut erat res omni admiratione digna: quod Christi manus visum præstaret cæco: & quod Christi vox vitam Lazarõ præberet defuncto: ita multo erat maiore admiratione digna: quod eadem vox vitam præberet animabus defunctis. Quod si non intelligis audi: Verba Christi non solum excitabant animos audientium, nec solum suadebant: vt solent ceteri prædicatores: vtq; faciebat Ieremias: cuius ori Deus sua verba concessit: sed etiã illa Christi verba dabant virtutẽ, & potetiã ipsis animabus, vt vellẽt quæ ipse prædicabat. dabat igitur gratiã, sine qua anima mouere se ad iustitiã corã Deo nõ potest. Vt in Concil. Trident. sess. 6. c. 5. docetur. Quintò: patet ex dictis, quod reliqui prædicatores prædicant, vt homines. neq; enim dant voci suæ vocem virtutis, sed Christus prædicabat vt Deus. iam enim aderat, qui loquebatur. Non ergo qui audiebant Christum, hominẽ videbantur sibi audire: sed Deum. Sextò addebat authoritatẽ summa vitæ innocentia. neino enim potuit illum arguere de peccato. Septimò: Miraculorũ claritas. Vt enim Moses claritate vultus sui, ostẽdebat se legislatorem: ita Christus, claritate operum suorum. Ideo n. dicebat. opera quæ ego facio testimoniũ perhibet de me. Et rursus. Si mihi non creditis, operibus credite. Octauò: quod de longinquis regionibus veniunt, & narrat noui orbis miracula, audientium ora intenta tenet: & mirari faciunt auditores: quanto potius, quod de cœlo veniebat, & miracula vitæ cœlestis referebat? Nonò: Christus dicebat: Beati estis cum vos male dixerint homines propter me. Et rursus. Nõ veni soluere, sed adimplere. & alia multa, quæ solus Deus dicere iure poterat. Id erat loqui cũ potestate. Iam tenere audientium animos: ne lapidarent eum qui se Deo equalem faciebat: erat grandis potestatis argumentum. Maximè cum admirarentur turbæ, & sequerentur eum qui talia dicebat. Decimò: Paulus loquebatur tam magnificè vt diceret: an experimentũ queritis eius qui in me loquitur, Christi? Quanto magnificentius Christus ipse loquebatur ore suo? Loquitur enim Deus per sanctos. Sumit tamen diuina loquela contagij non nihil, ex ipso qui loquitur.

Eloquen

Isaie. 49.
Hebræ. 4.

Luce. 11.

Luce. 18.

Ioan. 12.

Ierem. 2.

Isaie. 52.

Ioan. 8.

Exod. 34.

Ioan. 10.
Ibidem.

Ioan. 3.

Math. 5.
Ibidem.

Ioan. 9.

2. Cori. 13.

Vox
Christi

Eloquentius enim loquebatur Deus per Isaiam, quã per Amos. At in Christo loquela Dei pura perfectaq; proferebatur. Itaq; admirabantur turbę, quia Pharisei, & scribe, nũquã loquuti fuerãt ad modum quo sua Christus verba resonabat. Siquidem loquebatur verba nunquã audita: proferebat lucem nunquam visam. inuitabat ad cibum nunquam gustatum.

CAPVT. VIII.

Cũ autẽ descēdisset de mōte.



VIDEBAR mihi nihil adiciere posse, iis quæ a maioribus nostris tam magnificẽ dicta sunt. Addã verò multa: quædã verò deprõpta ex Magni Radulphi flauiacensis Commentariis in Leuiticum. ¶ Per leprã intellige ppositũ & voluntatẽ manẽdi in peccato. Igitur (vt habes in 13. & 14. c. Leuit.) lepra alia est in cute: alia in carne viua: alia in cicatrice: alia in capite, barba, caluitio, vestibus. 1. Tũc in cute est, cum quis primũ, ex gratia in peccatum lapsus est: non ita tenaciter tamen peccato hẽret, quin si eum reprehendas, facilẽ a peccato resiliat. 2. Tunc est in carne viua, quando peccatũ altius penetrauit: & anima ita placet sibi in peccato, ac si soli peccato viueret. 3. Tũc in cicatrice, quãdo redit homo ad peccatum, de quo sanatus fuerat. 4. Tunc in capite & barba, cum peccatum est cõtra fidẽ Christi, q̄ caput est Ecclesię: aut honorẽ Sanctorũ qui sunt barba qua Christus decoratur. 5. Tunc in caluitio, cum peccatũ ex virtutibus nascitur. Si enim superbis de paupertate, & defectu vitiorum nata est lepra in defectu pilorum, id est, in caluitio. 6. Tunc in vestimẽtis, cum quis exteriorẽ iustitiã contẽnit. i. sacras cõceremonias. Porro emundatio leprosi hęc erat. offerebat ille duas aues, cũ ligno cędrino, hysopo, vermiculo, & cocco. alter passer immolabatur, sup vase fictili, & aquis viuẽtib; alter verò sanguine prioris tinctus, dimittebatur liber in agrum. leprosus tamẽ septies sanguine passeris primi tingebatur. Per hos duos passeres: Christum, & peccatorem intelligo. Cũ enim homo non querit speluncã, in qua velut serpens habitat: sed querit altaria Domini, vbi nidũ faciat, & ponat pullos suos, tũc auis est. Christũ verò passer est solitarius in tecto, quem pater & mater reliquerũt, sed Dominus, inquit, assumpsit me. Hysopus verò, petre adnascẽs & mala pectoris purgans: fides est: quẽ Christo Petre viuẽ hẽret. Cedrus quẽ in altum surrigitur, spes est, immortalitate plena. Vermiculus verò seu coccus manifestẽ indicat charitatem, purpureo seu igneo colore rubentem. Leprosus igitur pro sua sanitate, duos passeres Deo offerat, scilicet Christum, & se. simulq; fidẽ,

spem, & charitatẽ. Ita tamen vt primus passer immoletur, quia per fidem in sanguine Christi incipit redemptio nostra. & quidem licet non quotidie Dominus cruẽto sacrificio immoletur: quotidie tamen, dum in hostia offertur, idem sit, ac si suo sanguine respersus offerretur. Quotidie, n. Christus est sacerdos, hostia, & sacrificiũ. Huius ergo passeris sanguine, quem in hostia bibimus, (& quo tingimur, cum hostiã sacram manducamus) sanamur, & perfectẽ sanamur. quia sine sanguinis Christi intinctione, nullus ad perfectum adductus est. Hęc verò perfectio significatur, cũ dicitur intingatur septies. Cũ verò hoc sanguine perfusus peccator fuerit, in agrũ auolare debet: cędrum, hysopum, & coccũ sibi ligata ferens, id est, ligatus fidei, spei, & charitati, õ rẽ mirabilem, in agrũ inuitatur: vt deserat quẽ in mundo sunt, & in cœlo sit cõuersatio eius. ¶ Tunc, inquit textus, lauet vestimẽta sua, id est, exteriores operationes. radat pilos corporis sui, id est, omnia superflua a se rescindat, ita dignus erit ingredi in castra, id est, in consortium sanctorum. Manebit tamen (inquit,) extra tabernaculum suũ, donec pilos capitis, superciliorum, & barbẽ resecerit. Non enim datur homini pax, & tranquillitas, cõscientiẽ (quod est habitare in tabernaculo suo) donec abraferit oẽs cogitationes, & omnia quæ Christo capiti, & sanctis q̄ sunt barba, superflua visa fuerint. ¶ Sed te precor, an non stultus iudicabitur ita rasus? Ita planẽ. Sed q̄ vult sapiẽs esse, stultescat. Nã & Paulus vt sanus esset, prostratur in terrã, velut stultus, & mortuus. &c. ¶ Non libet tamen silere, quod passer ille qui immolabatur, in vase fictili immolabatur. nam si Christus mortuus est, in corpore fragili mortuus est: idq; per Spiritum sanctum, qui per aquas viuẽtes in sacris literis significatur. Dicamus non nihil de textu.

Descendit *de monte*. Id est, de maiestate. de legis rigore. de vindicta. de duro illo nomine: quod esset deus vltionum, Deus zelotes, vindicans peccata in quartam generationem. Descendit ergo in humilitatem, & mansuetudinem. õ verò miram hominum miseriam: nõ sequũtur Christum nisi exinanitum, & in forma serui. Sed õ mirabiliorem Domini in desectione virtutem, qui cum exaltatur a terra, tunc omnia trahit ad se. & quod in mōte non fecerat: in humilitate facit. Profectõ Christum crucifixum colũt Christiani: nullus verò maior descensus quã crucis: nec vlla sequela maior quam Christianorũ. Si ergo Prẽdicator vult turbas sequentes, verẽ sit humilis, descendens de mōte: sequentur profectõ eum turbę. maximẽ si eũ (in mōte, Deo cũ Maria fruentem) charitas facit, vt cum Martha descendat. Grauatẽ quidẽ descendit de suo lecto spõsa, ne lotos pedes rursus inquinet: sed amor proximorum descendere facit: ac ita ex animo eam turbę sequentur.

¶ Cũ verò turbę sequũtur, leprosus sanatur. Ergo ideo

Roma. 3.

Roma 6.

Hebrę. 9.

1. Cor. 3.

Actorũ. 9.

Hebrę. 9.

psal. 93.

Exod. 20.

Philip. 2.

Ioan. 12.

Luce. 10.

Cantic. 5.

Lepra

psal. 132.

Leui. 14.

psal. 83.

psal. 101.

psal. 26.

Math. 16.

Sapient. 3.

Luce. 12.

ideo leprosi sanantur, quia turbę sequuntur. Cüm turbę sequuntur, velut placidior Deus redditur: & ad misericordiam propensior. Imò cum multę turbę sequuntur, multę orationes pro miseris releuandis effunduntur: quibus Deus inclinatur ad suam benignitatē exercendam. Quin si turbę multę sunt, quę sequuntur: maiora merita crescunt, quę velut cogunt Deum suas in nos opes effundere. Quanto igitur pauciores sunt serui Dei, tãto Deus ad misericordiam effundendam contractior redditur. Verum enim est, quod in multitudine populi dignitas regis ostenditur: sicut in paucitate plebis ignominia, & velut contractio principis est. Verum etiam & illud est, in multiplicatione impiorum, multiplicabuntur scelera. Demum verissimum est, quod tunc per tecta submittitur infirmus coram Christo, cum multi eum audiunt ut nec ad portam capere possint. Rogate ergo dominum messis, ut multos mittat operarios in messem suam. Cur igitur multi religionis speciem tumentes, tunc dolent, cum multos pietatem & deuotionem sequi vident? ¶ Ecce leprosus venit. Meritissime Mathęus dixit: Ecce leprosus. Rem enim mirabilem dicebat, videlicet quod leprosus veniret. Quid enim habet leprosus cum Christo? Leprosus est qui animam peccandi habet: qui in suo æterno a Deo abscessit: qui cuius inferni iam est: qui pactum cum inferno fecit. Quomodo igitur hic ad Christum venit? Sanè grandis est tyrannis peccati, graue iugum demonis, grandis cecitas leprosi, grandis deprauatio voluntatis suę: quomodo igitur leprosus tot cathenis ruptis, ad Christum potuit accedere? Imò cum mortuus esset peccato, venire quomodo potuit? Venit verò sponte venit, non coactus (ut Lutherani mentiuntur) Imò venit adorandus, genibus flexis, sed corde magis flexo. Quia nemo mundari a lepra potest, nisi Christum adoret. Pater enim omne iudicium, etiam leprosi dedit filio: ut omnes honorent, & adorent filium, sicut & Patrem adorant, & arbitrator nullam esse in hac vita adorationem, qua magis gaudeat, & ferè magis glorificetur Christus, quam adoratione leprosi. Gaudium siquidem est maius coram Angelis Dei, (& ideo etiã coram Christo) super vno peccatore penitentiam agente: quã supra. 99. iustis, & vehementior ferè gloria est ab inimicis adorari, quam a domesticis. Ut grandis siquidem gloria dicitur: Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius, terram lingent. Sentiebat planè leprosus Christi maiestatem, sentiebat & suę leprę fœtorē, tremebat coram tanta celsitudine. Habes igitur lector typum vbi mundationem peccatorum agnoscas. Primum enim peccator intima Dei inspiratione afflatus, venit ad Christum. Vbi suę leprę fœditatem videns, tremat, & adorat, & dicit: non sine gemitu, & parturientis dolore. ¶ Domine si vis, potes me mundare Sed te quæso leprose, cur non dixisti: Domine munda me? Labem tuam agnoscis, potentiam Christi tu ipse fateris: cur non dicis, munda me? Sanè quia qui se pec-

catorem agnoscit, vix vel mutire audeat dignum enim se inferno videns, dicit, mereor Domine, tuam contra me vindictam: si eam exercere libet, fugere non possum, adsum, sed si non rigore iustitię, sed multitudine miserationum uti erga me velis, tu solus me mundare potes. Adde tamē secundam causam. Planè si Christus nihil aliud erat adhibiturus ad leprosi mundationem, quam sola verba: nihil aliud leprosus diceret: quam munda me. Porro quia ad mundandum leprosum adhibenda erat mors Christi, (passeris scilicet immolandi) & illa mors erat tam acerba futura: cuius sanguine erat lepra septies intingenda: si igitur tanti constabat medico, leprosi mundatio, an non iuste leprosus timeret dicere, munda me? An non consultius dixit: si vis, potes? Ita enim David non abruptè dixit: Parce mihi, sed cogitatè precatur. Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum. Sciebat enim peccatum mundari, non solo verbo, sed sanguine Christi: qui non nisi ex multitudine miserationum erat effundendus.

¶ Vnde iam intelligis Emphasim illius verbi: **VOLVO**. Parum fuit Deo condere mundum, parum etiam est, quod mundum ipse gubernet. Sed illud **VOLVO**, sanguinem eius fudit, & mortem conciliauit. Sanè voluntas Patris fuit: sanctificatio & mundatio leprosi. Hęc eadem fuit voluntas filij, Holocaustum inquit pro peccato nolui. quid ergo? Corpus aptasti mihi, quod ego in molem tibi. In capite igitur libri scriptum est de me. (Hęc enim est summa & caput libri legis) ut hanc tuam voluntatem facerem. Deus meus, **VOLVI**. Si enim non potest fieri nisi ut bibi calicem, fiat voluntas tua. Ecce ego in flagella paratus sum. ¶ Memini Sixtum Papam probasse quod Christus sit Deus, ex illo verbo. Ego facio opera Patris mei. Fœlix etiam Papa idem probat ex illo. Ego quod vidi apud Patrem loquor. Idem contendit Soter Papa ex eodem verbo. Quãto igitur vehementius probabitur ex hoc verbo: **VOLVO**, Mundare hoc enim Volo idem valet ac si dixisset. Mala quę tu pro peccatis tuis commertus es, ego mihi sumam, pro eis moriar, super humeros meos collocabo. Lepramque tuam (quãtu phas est) in me transferam. Dixit Natham ad David: transtulit Dominus peccatum tuum, sed in quẽ transtulit? Certè in humeros Christi. Nã & Ezechias inquit proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea, planè quia oēs languores nostros ipse tulit. Fuit enim Christus murus & antemurale in quẽ omnes calamitates inciderunt, ne in domos ciuitatis inciderent. In hoc igitur verbo **VOLVO**, cõmendat Christus charitatem suã, quia pro leprosis mortuus est, transferens in se lepram nostrã. Vnde nos reputauimus eum quasi leprosum. ¶ Sed aduerte: non prius dixit Dñs, **VOLVO**, Mundare, quam manum extenderet. Olim siquidem, manum suã Dñs in sinu gestauerat: Quod

Hebrę. 9.
Leuiti. 14.

Psal. 50.

1. Thess. 4.

Hebrę. 10.

Psal. 39.

Math. 26.

Epist. 1.

decreta.

Epist. 3.

decreta.

Epist. 1.

decreta.

Luce. 15.

2. Regu. 12.

Isa. 38.

Isa. 53.

Isa. 26.

Roma 5.

Isa. 53.

Pfal. 73. Quod dolens David dicebat. Ut quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem. Attunc extendit manum, cum ieiunat, laborat, & sudat. Sed tunc maxime, quando expandit tota die manus, ad populum contradicentem. Tunc maxime, quando cornua in manibus eius. Quando expandit alas suas, & assumpsit leprosum: id est quando expansis in cruce brachijs, operatur est salutem in medio terre. Tunc igitur extendit manum: sed tunc tangit in firmum, quando per Sacramenta inserit eum in se. Scimus enim quod nullus leprosus, aut eger sanari possit: nisi tangatur a Christo, a quo virtus exibat, & sanabat omnes. Nihil ergo mireris docte lector si manus Moyse in suo sinu reclusa sana erat. At eadem e sinu extenta leprosa videtur. Quia videlicet referebat illa Mosaica manus manum Christi, in se quidem sanam: at ubi ad peccatores extenditur, leprosa monstratur.

Et confestim *mundata est lepra eius.* Duo hic aduerte. Primum, quod impossibile erat peccatum, seu lepram mundari: nisi per contactum Christi, Ideo enim Patres antiqui detinebantur in Limbo: quia nondum venerat manus, quae suo tactu lepram expiaret. Peccatum siquidem infinitatem habet: quae nisi pretij infinitate, consumi non potest. At ubi valor infinitus sanguinis Christi lepra accessit: subito, confestim sanatur. Vbi enim abundauit virtus peccati, superabundauit potentia sanguinis Christi. Vetus ergo homo noster cum Christo confixus est, & caro Naama leprosi sicut caro pueri (nam pueri caelum intrant) restituta est.

Roma 5. **Roma 6.** **4. Regu. 5.** **Secundo nota.** Non dixit Mathaeus, confestim leprosus sanatus est. Sed confestim est lepra sanata. Sane cum Dominus peccatorem extimulat, ut a peccato & lepra fugiat: statim leprosus lepram suam horret: ad Christum venit, eum adorat, & rogat ut mundet. Et contingit, ut peccator contritionem de peccato suo habeat, dicente Christo, volo, mundus esto. Tunc confestim sanatur lepra, etiam ante confessionem peccatorum coram sacerdote. Porro, quia ante confessionem, adhuc leprosus adstrictus est, ut compareat coram sacerdote, (etiam lepra mundata) coram quo lepram suam detegat: ideo fugatam dicit Mathaeus lepra, sed leprosus adhuc liber non est. Licet enim reuelationem habeas, quod lepra tua sanata sit, adhuc ostende te sacerdoti.

Tobie. 32. **Quod vero Dominus admonet ut nemini dicat,** Consilium consultissimum est, ne vocationem tuam, & lepra spiritualis mundationem traducas. Sacramentum enim regis celare bonum est. **Quod vero munus offerri sacerdoti iussit Dominus, indicat.** sacerdotes peculium hoc habere, munera. scilicet eorum qui sua peccata confitentur. Dignus enim est operarius mercede sua.

Math. 10. **Math. 11.** **Demum quod dicit, in testimonium humilis.** Monstrat quod iustificatur sapientia a filiis suis: qui credere noluerunt, cum adessent testes omni ex

ceptione maiores. Quid ergo nos faciemus: cum venerit Dominus, & iniustos repererit. Cum tot viros a Deo vocatos, & a lepra mundatos, mittat quotidie: ut ipsi videntes ad Christum conuertamur? Haec nos sacerdotes, nobis dicta intelligamus. Simul etiam aduerte: quod nullus leprosus (id est peccator) propter peccatum suum a castris Ecclesiae eiectus, ad fidelium conuersationem admitti debet, nisi sacerdotum iudicio. Id est, Nullus excommunicatus communioni reddendus est, nisi per sacerdotes. Id quod mandauit Petrus apud Clementem Episcopus. 1. & 2.

Cum autem introisset Capharnaum.

Hae sacra historia intelligi dupliciter potest. Primum de laicis hominibus: qui seruos habent infirmos. Ut ipsa narratio praese fert. Quae expositionem prosequentes, tria aut quatuor annotare libet. Primum, quam pijs esse debeant laici: humiles in Deum: fideles in Christum, amantes in suos. De quatuor Centurionibus mentio fit in testamento nouo. Videlicet de hoc, de eo qui ad Christi crucem dixit, Verè filius Dei erat iste. De eo qui a Petro edoctus est, & de eo qui Paulum benignè tractauit, & hi omnes pijs fuerunt. Ut notaretur: si laicus homo, gentilis, militie adstrictus, & aliorum praefectus: ita humilis est & pius: quanto potius, reliqui omnes, qui pietatem professi sunt. **Secundo nota.** Erat huic Centurioni seruus pretiosus, & infirmus: Vbi ad monemur: ne quicquam seculare pretiosum, aut charissimum habeamus. Alioqui morietur, aut infirmabitur. Solene Deo est, pios in eo maxime vulnerare, quod ipsi habent maxime pretiosum. Adam in Habele percussus est, Abraham in Isaac, Jacob in Rachel. David in puerulo sibi recens ex Bethsabee nato. Adeo enim amor ille tener tuus (quem in secularia collocas) pretiosus est, ut eum Deus sibi cupiat, & optet. Adde. Deum velle ut nullas opes, nisi ipsum Deum habere glorieris. Vide Petrum de sua fide gaudentem, ad vocem ancillae prostratum. Paulum de castitate gloriosum, stimulo carnis irritatum. Videlicet ne simus fidentes in nobis, sed in Deo.

Tertio nota. Habebat hic Centurio milites, quibus dicebat, Vade, veni: & obsequabantur. Verè erat hic prudens, & amabilis homo. Ut cui ad nutum obsequabantur, qui inter omnes minus obsequi solent. Est enim militum gens, ut plurimum, dura & pernicax. Agnoscant igitur Principes nostri documentum pulcherrimum. Si volunt subditorum obedientiam, habeant eos pretiosos. Ideo enim arbitror Centurio habebat milites obsequetes, quia pretiosos eos habebat. **Quarto nota.** Etiam in militibus, etiam in laicis, & secularibus nonnumquam esse tam sublimia donat: ut in reliquis tanta non inueniatur. Nec enim Iudeorum Deus tantum, sed & gentium. Id est, non est Deus Ecclesiasticorum tantum, sed & Laicorum. plane Iob rex erat, & Tobias

Luce. 23.

Actor. 10.
Actor. 27.Genes. 4.
Gen 22. 35.
2. Regu. 12.

Math. 26.

2. Cori. 12.
2. Cori. 1.

Roma. 3.

Iacob. 3.

bias laicus. Vide verò eorum patientiam:

¶ Quinto nota. Cur huius fidem laudavit Dominus? Planè non laudat Dominus fidem iacentem & ociosam. Sed ubi animus tuus, summa reuerentia Christum tractat: summa humilitate se ipsum despicit: summa charitate proximum curat: prodit se tunc fides, quam Deus miratur & laudat. Ut enim fides mediantibus alijs virtutibus, producat actus omnium aliarum virtutum: ita mediantibus actibus aliarum virtutum, augeatur. Cum ergo summas habueris alias virtutes, tunc laudabit, & mirabitur Dominus fidem tuam.

Vide obsecro D. Thomam. 2. 2. q. 3. arti. 1. d. tertium. Igitur quiuis nostrum dicere solet, Domine non sum dignus vt intres sub tectum, &c. At non cuiusuis nostrum Christi fidem mirabitur

¶ Sexto nota illud: non inueni tantam fidem in Israel, quod quidem (vt Theologi loquuntur) formaliter verum est. Siquidem Israel tantum complectitur legem, at ex lege nemo ad perfectum adductus est. Lex enim perfectum facere nequit, sed gratia. Si enim ex lege esset iustitia, & fides illa tanta, quæ à Deo laudari meretur, Christus gratis mortuus esset. Quia verò in Lege, & in Israele iustitia hæc non inuenitur, ideo Christus venit, &c.

¶ Septimo nota. Multi ab oriente & occidente. Solum meminit orientis & occidentis: quia gigas noster exultauit ad currendam viam suam, à summo cælo egressus, id est, ab oriente, & occursum eius vsq; ad summum eius, id est, ad occidentem. Et quia à solis ortu, vsq; ad occasum laudabile nomen Domini. Vbi igitur laudatur Deus, & ubiq; imperat, inde ei veniunt filij.

¶ Ultimo nota. Fiat tibi sicut credidisti. Non ergo tribulatio & infirmitas fugiendæ sunt, nec tantopere traducendæ: quæ fidem nobis efficiunt, tam eximiam: quæ Deum laudatorem nostri, & admiratorem, nobis conciliant: quæq; Deum nostris votis obloquentem præstât. Sanè nisi fuisset huius Centurionis seruum infirmatus, nec talem forsan ipse habuisset fidem: nec à Deo ita fuisset laudatus. & hæc explicatio de laicis.

Sed quia hæc explicatio ad laicos duntaxat contracta est: libet eam ad omnes Christianos extendere. Sanè in priori miraculo de leproso, significata est conuersio, & mandatio peccatoris à peccato suo. Ordo igitur rectus exposcit: vt in curatione serui Centurionis, liberatio hominis pij à tentatione carnis suæ significetur.

Arbitror ergo per Centurionem virum pium significari. Per eius seruum paralyticum, & plane moriturum: credo notari carnem vel corpus, furij tærationum agitatam, & iam iam morti peccati vicinam. Quod verò Centurio Seniores ecclesiæ, ad Christum adduxit: typus est pij hominis: qui periculo tentationis pavidus, omnes rogat: vt à Christo suam liberationem implorent. Quod autem Centurio se indignum Christi aduentu fatetur: apertè indicat virum pium, qui (quando, cum sua carne luctatur)

maculas ab ea contraxisse credit: ac ideo se Christi conspectu indignum existimat. Quod demum Christi verbo puer sanatur, indicat: fieri posse: vt in hac vita caro parum, aut nihil rebellet contra spiritum. Sed pace à Deo cum bestijs terræ facta: vir pius in sua tranquillitate lætetur.

Habes lector velut in transfenna huius hystoriæ significationem. Nunc precor: finge te videre Paulum carnis stimulis agitatam, rogantemq; suppliciter: vt angelus ille Satanè discederet ab eo. At ex aduerso, vide carnem Pauli repugnātem legi mentis, & captiuantem eum in lege peccati: ac proinde clamātem, infelix ego, quis liberabit me ab hac carne moritura, nisi per gratiam Dei liberetur. Si hoc intelligis planum erit Paulum, & quemlibet pium, significatum esse per Centurionem, & carnem Pauli significatam per seruum Centurionis, &c. Tractemus nunc singula.

¶ Vir pius Centurio est, id est, miles: qui sub se, centum milites habet. Et primum quod pius, sit miles, testatur Iob dicens: militia est vita hominis super terra: Et rursum, cunctis diebus, quibus milito, expecto donec veniat immutatio mea. Et Paulus, arma militiæ nostræ, sunt potentia Deo.

¶ Quod verò pius centum sub se milites habere debeat, quibus suam animam custodiat, explicauit Sponsa cum dixit. Sexaginta fortes lectulum Salomonis ambiunt, omnes ad bella doctissimi: propter timores nocturnos. Fortes viros sponsa dixit esse sexaginta, propter continuum laborem: senarius enim numerus est laboris. Eosdem nunc fatemur esse centum, propter perfectionem. Nam centenarius perfectionis numerus est. Quilibet ergo pius habere debet centum, siue sexaginta fortissimos viros, quibus animam suam, quæ est lectulum Salomonis, custodiat à periculis nocturnis.

¶ Et quidem si nobis est colluctatio, non cum vno milite, sed cum principatibus & potestatibus: necesse est, vt quiuis nostrum perfectum militum habeat numerum, quo tanto hosti resistat. ¶ Planè si in carne nostra multa defideria sunt, quæ aduersus spiritum militant: & multa concupiscenciæ, quæ militat aduersus animam: necesse est etiā in viro pio, multas esse virtutes, quæ pro Deo, pro fide, & pro anima militant aduersus carnem, demones, & infernū. At quia non sat est, vnam aut alteram habere virtutem (qui enim offenderit in vno, sit omnium reus) ideo dicitur, quod pius habeat centenarium: id est, perfectum numerum virtutum, velut militum. Nec enim nascitur Isaac Abraham nisi iam centenario. id est, nullatenus nascitur pietas, nisi centenario, & omnibus virtutibus perfecto. Et hac ratione, premium centuplum promittit Dominus ei, qui reliquerit patrem, ac matrem, &c. Quasi diceret, quia centum milites estis, centum premia propono. Igitur quiuis pius homo Centurio esse debet.

¶ Sed age videamus, quis nam est huius Centurionis.

¶ Iob. 5.

¶ 2. Cor. 12.

¶ Roma. 7.

¶ Iob. 7.

¶ Iob. 14.

¶ 2. Cor. 10.

¶ Cantic. 5.

¶ Ephes. 6.

¶ Iacob. 4.

¶ Iacob. 4.

¶ Genes. 17.

¶ Math. 19.

Genes. 4. rionis seruus? Huic respondeat Deus ipse. Caino dixit Dominus, Subter te erit appetitus tuus. Vix enim inuenias alium qui natura seruus sit, præter appetitum. Seruus ergo à natura institutus, est appetitus, siue homo vetus, siue homo exterior, siue caro, siue corpus, siue Adam terrenus, siue quouis alio nomine nominetur. Vt nam verò vt natura eum seruum instituit: ita seruus semper esset. Sed vñ, quia frequentissimè è seruo, dominationem tyranicè rapit: aut quod peius est, nos ei illam concedimus. Tunc enim homo qui in regio honore erat, non intelligit, & ideo comparatur iumentis. At licet sæpe appetitus dominetur in nobis, seruus tamè adhuc est. Potius enim est, quòd Deus dedit, vt esset: quàm quòd nos eum esse voluimus. Benè tamen est quòd Centurio pius, eum agnoscit esse seruum: spes enim remedij subluet: cum te ipsum nosti, qui sis.

Psal. 48. Hic igitur seruus iacet nonnūquam in domo paralyticus, id est, dissolutus. Cum enim appetitus tuus à te frænatur, & cohibetur: vt nō exultet in rebus pessimis: sed vt cor tuū, & caro exultent in Deum viuum: non iacet paralyticus: at cum manus habet dissolutas, & debilia ad bonū agendum genua: quando videlicet, velle adiacet nobis, sed perficere non inuenimus: tunc paralyticus est Adam noster, imò potius Eua.

Prover. 2. Et si paralyticus est, aliquando malè torquetur: vide Dauidem dicentem. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Videlicet, quia cum peccator consisteret aduersum Dauid, caro exardescerat. At si cor igne torretur, planè malè torquetur. Et quidem cum caro obedit spiritui: tūc si torquetur, bene torquetur. Crux enim illa bona est, cui merces copiosa manet in cœlis. Porro si proxima morti peccati caro est, malè torquetur. Et profecto malè torquetur, & quodam inferni genere torquetur homo: qui ex parte vna Deū offendere nulla ratione cupit: at ex parte altera ad offendendū, à carne vehemèter sollicitatur, & ppè velut reprobo sensu impellitur. Rectè Paulus rogat, vt possitis resistere in die malo. Malus dies, malum tormentum est, cum tentatio iam iam hominem vincit.

Psal. 53. Egregiè verò dicit, erat seruus illi pretiosus. Nisi enim pius homo suum appetitum haberet pretiosum, nihil ab eo sibi periculi immineret. Sed quia Eua fuit pretiosa Ade, ideo tam sumus miseri omnes filij Ade. Sanè pretiosus est mihi peccanti appetitus: quem plus estimo quàm Deum: quàm eius gratiam: eiusq; gloriam. Si enim nè molestia afficiam appetitum: molestia afficio Deum, eiusq; dona contemno: planum est quàm sit ille mihi pretiosus. Imò verò pretiosior est peccanti appetitus, quàm peccas ipse sibi. Vult enim subire inferni tormenta potius: quàm suum appetitum contristare.

Roma. 7. Porro eleganter describitur hic paralyticus

in Capharnaum, id est, in villa pulchra, & delectabili. Ideo enim appetitus languet: quia inter pulchra, & delectabilia versatur. Neq; enim per loca arida & inaquosa spiritus malus, qui appetitum prorritat, requiem inuenit. Requiescit verò sub vmbra calami, & in locis humentibus. Et quidem si præda ex Moab non fuisset pulchra, & delectabilis: appetitus Saulis non incidisset in paralytin, nec mortem Sauli parasset.

Luce. 11. Iam verò si Eua nostra, siue miser appetitus, iam iam est abstractus & illectus: fit, vt sit morti vicinus. At nihil est quòd pius homo timere magis debeat, quàm mortem peccati. Tunc roget amicos: roget sacerdotes: nullum lapidem non moueat: vt Christus cum ab illa morte præseruet. Hoc ergo dicit: Domine puer meus iacet, & malè torquetur. Vbi duo aduerte, alterum, quòd non dixit: Domine sana puerum: forte enim non ita conuenit, sed forsàn melius est, vt virtus in infirmitate perficiatur, & aurum in igne probetur. Alterum, sat visus est dixisse: puer torquetur. Sicut sorores dixerunt: Domine quem amas infirmatur. Quasi dicant. Munus regis est succurrere militi periclitanti. Pastoris est accurrere oui à lupo deuorandè: Medici est obsistere morbo grassanti. At tu Domine rex es, pastor, & medicus.

Ego *veniam (inquit Dominus) & curabo eum.* Quasi dicat: Sacram sume Eucharistiã, ego tunc ad te veniam, & tuam Euam curabo. Firma est hæc expositio ex Augustino: qui Centuriones esse dicit, qui ad Eucharistiã veniunt accedere. Ergo aduentus Domini ad Centurionem, est aduentus Christi in Eucharistiã, ad eum qui communicat. Eleganter verò dicit: Veniam, & curabo. Siquidem frequenter experiuntur qui communicant: carnis petulantiã & dissolutionè, per cõunionem adstringi: tentationes minui & ferè infirmam carnè sanari. Testis huius rei est Deus ipse cum ait: Quid enim bonū eius (id est, Ecclesię) est, & quid pulchrū eius, nisi frumentum electorū, & vinū germinas virgines. Igitur vinū de quo Paulus ait: nolite inebriari vino, in quo est luxuria: hoc ipsū (cū sanguis Christi est) non facit lasciuos, sed potius germinat virgines. Ego igitur veniam, & curabo. Etenim si Christus ex infirmitate, cruci affixus, veterem nostram hominem cruci affixit, & debilitauit: quanto nunc potius, quando viuit ex potentia Dei, carnem nostram curare poterit?

Domine Respondet Centurio. *Non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Duo mihi consideranda sunt: Alterum: Cur Centurio qui diligebat gentem Iudeorum, & synagogam edificauerat: id est, qui proximos diligebat, & Deum colebat: asserit indignum se, vt suo tecto Christum recipiat? Planè quia quo plus Deum amas, hoc Deum magis estimas, teq; vehementius contemnis: ac ideo indignū te Deo

k ij reputas

reputas. ¶ Adde quòd ad rem magis spectare videtur. Si Centurio non haberet domi infirmum seruum: fortè hilarissimè Christum in domum suam prouocaret. At quia non nihil infirmitatis hēsit Cēturioni ex seruo suo, ideo nec se Christi colloquio: nec domum, eius ingressu dignam estimauit. Ipsa nos experientia docet: Cum anima nostra suum sibi habet obsequentem appetitum, gaudenter Christum auct suscipere. At cū appetitus iacet infirmus, indignam se Christo statim profitetur. Dicit enim exi à me Domine, quia homo peccator sum,

¶ Alterum considerandū hīc occurrit. Cur Centurio dicit tectum se habere? si ille synagogam edificauerat, pauper non erat, igitur nec in casa, aut tecto habitabat? Respondeo. Vir sanctus palacia reputat, vt tecta: & loca irrigua & amēna, terram desertam & inaquosam esse putat. Si enim improprium Christi, magis esse diuitias credit, quàm thesaurum Ægyptiorum: igitur thesaurum carbones esse credit. Pius igitur homo, omnia arbitratur vt stercora: imò vt detrimenta: vt Christum lucrifaciat.

¶ Adde & illud, Centurio iam cognoscebat Deum in Christo, & ita cognoscebat nihil esse adeò pulchrum, & pretiosum: quin Deo vile tectum esset. Sicut enim nihil bonū nisi Deus: ita nec Deo quicquam bonū, nisi quod diuinū est.

¶ Adde rursus. Cum animus tristis est, suiq; tediū habens, omnia fastidit. ¶ Si de sacra cōmunionē mentionē esse velimus: rectè corpus nostrum dicit esse tectum: in quod indignū est, vt intret Christus. Sanè tectum impedit ne lucem videamus: ita & corpus hoc aggrauat animam, ne lumen cœli videat: ne uè ad superna feratur, aut res prope se iacentes videat aperte. Quòd vero corpus non sit dignum Christi ingressu, manifestissimum est. Est planè corpus nostrum vitiorum omnium radix, & fons: imò sterquiliniū, & sentina peccatorum: vbi demones suas sordes dimittūt, ac veluti ventrem exonerāt. Quid igitur tam fœtenti, ad Christum, domo? Aptior planè locus Deo est infernus: si ibi culpę nō essent, quàm domus paralytica: atq; peccatrix.

Sed tantum *dic verbo.* Vbi primum nota, quàm sapienter dixit Centurio: dic verbo. Parum quippe prodesset quòd Christus in domum ingrederetur, nisi verbo diceret: Christi enim diuinitas omnia implet, etiam peccatores: at non sanat eos, quia non dicit, vt sanentur. Equidem vult Christus omnes saluos fieri: sed quia non dicit verbo vt sanentur, multi manent infirmi. An non ingressus est in domum Simonis Dominus? planè. Cur ergo nō fuit ille sanatus? Quia Christus non dixit verbo, vt sanaretur. ¶ Secundo nota, subtilissimè dixisse, tantum dic verbo. Non enim inquit, dic verbo. Sed adiecit, tantum dic. Certū enim est Deum, & Christum eius, dixisse verbo: Penitentiam agite: & cōuertimini ad me, & quęrite Do-

minum dum inueniri potest. At hęc à nobis nō fiunt. Cur ita? Quia licet Dominus hęc verba dicat: ex alia parte liberam relinquit cuiq; suam conuersionem. Quasi ex vna parte diceret, & ex altera non diceret. Quasiq; non plenè, sed dimidiatè diceret. At cum tantum dicit, id est, cum semel & efficaciter (vt loquūtur Theologi.) tūc sine dubio, & infallibiliter, (vt etiam ipsi dicūt) sanitas contingit. ¶ Tertio nota Theologissimè Centurionem dixisse: Tantum dic verbo, & sanabitur. Afferuit siquidem, verbū esse vitā & sanitatem. Si enim seruus erat infirmus & moriturus: igitur si verbo sanatur, & viuuit: verbū est vita, & salus. Id quod Ioannes altissimè dixit, quòd factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominū. & Dominus: Ego sum via, veritas, vita. ¶ Quarto nota altissimè dictum: dic verbo & sanabitur seruus qui erat moriturus. Si enim seruus iuxta naturam erat moriturus (ex legibus enim naturę viuere non poterat) igitur asseritur Christus, potentiam habere super omnē naturam. Et vt Theologi aiunt, habet Christus potentiam absolutam, non tantum ordinariam.

¶ Quinto nota. Quòd cum vox (seu verbum ab ore Christi emissum) pertingere ad locum vbi iacebat infirmus, ex se ipsa non posset: nisi quatenus erat deitatis instrumentum (hac enim ratione efficere potest vbi non pertingit), Planè fit, vt Centurio affirmans verbum Christi sanare posse distantem infirmū, affirmauerit etiam verbum illud diuinitatis fuisse instrumentum. Neq; enim soli deitati salutem adscripsit, sed etiā verbo: quòd ex suo Christus ore proferret,

Non inueni *tantam fidem in Israel.* Non miratur Dominus fidem, sed tantam fidem. Nec enim admodū miratur Dominus fidem nudam. Miratur tamen fidem cum magna est, vt in Chananea: & cum tanta est, vt in Centurione Percōtaris, quid fecerit, vt fides hęc tanta esset? Primum, fecit amor quem erga Deum Centurio habebat. Edificauerat quippe ille synagogam: planè in cultum Dei. Secundo, fecit amor erga proximos: tantus vt etiā Iudęos diligeret: aiunt enim seniores illi, diligit gentē nostram. Tertio, fecit tanta humilitas: vt vix in Euangelio parem inuenias. Cum enim Centurio esset, & diues esset, (vt qui synagogam edificasset) & honoratus esset: siquidem Iudęi dicunt: dignus est, cui hoc illi prestes: ille tamen, domum suam indignam Christi ingressu asserit, & (quòd est profundissimè humilitatis testimonium) non se dignū existimauit: vt ad Christū veniret. Ita enim Lucas eius verba refert. Sanè quòd nudus & malus Adam conspectum Dei fugiat, iustum est: sed quòd vir sanctus (etiam in micorum testimonio) coram Christo venire nō audet, Angelicum est. Siquidem tremunt corā Deo Angelicę potestates. Quarto, fecit fidem tantam sublimis quædam de Christo cognitio, & præclarissimum lumen: quo illustratus Centurio,

Isaia. 55.

Psal. 61.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

Luce. 7.

Eodem.

Eodem.

Eodem.

Genes. 3.

Luce. 9.

Ecc. 14 d.

Hebr. 11.

Philip. 3.

Math. 19.

Luce. 7.

Sapient. 6.

1. Timo. 2.

Luce. 7.

Math. 4.

turio, tam diuinè sensit de Christo. Miratur ergo Christus fidem talibus subnixam columnis: talibus depictam coloribus, talibus fulgentem stellis, talibus micantem radijs.

¶ Subit me tamen admiratio: cur Christus non contētus hanc fidem laudasse, cum Israelis probro laudaret? dicit enim, non inueni tantam fidē in Israel. Huic ego dubitationi dum mente voluo quod respondeam, in memoriam venit, lucta Jacob, siue Israelis cum angelo. Cēpiq; mecum reputare Israelis luctam, persimilem luctę nostri Cēturionis cū Christo. Ille cōtendit cū angelo, hic cū Christo: nō pōt angelus præualere cū Jacob: nec præualere vult Christus cū Cēturione. nō dimittit. Israel angelū donec ei benedicat: nec Centurio Christum nisi postquam dixerit, & benedixerit verbo. Quid verò mirabile est, si maiorem inuenerit Christus in Centurione (gentium locum habente) fidem: quā angelus in suo Israël, (qui Iudęos referebat). At angelus qui pugnabat cū Israël, Christi personam referebat. Verum ergo est, quòd non repererit Christus in Israël tantam fidem, quantam in Centurione. ¶ Sed maius adhuc mysterium hęc subluceat: Pugnauit Israel cum angelo, fuitque pugna in aurora (id est in principio eius diei, quo Israël terrā promissionis intrabat.) Pugnauit etiam Cēturio cum Christo in aurora, id est, in principio prædicationis Christi, quando animarum nostrarum regnum Christus ingrediebatur. Cum igitur fides sit nostrę peregrinationis lux & sol: maior lux est in aurora nostrę diei, quā in aurora diei Iudaicę. Nostra enim fides est explicata, ablatum enim est velamen à facie Moyse, reuelata facie Deum speculamur. Cū ergo Christus dicit, non inueni tantam fidem seu lucem in Israel, sensus est: Non inueni tantam fidem, tam apertam, explicatam, & splendidam in Iudaismo: quā in gētilitate incipit emicare.

Fiat tibi sicut credidisti. Cogit me locus hic, difficillimam tractare quęstionem: & in qua hoc tempore, tota nobis cum hereticis, lis est & contentio. Cur Dominus Centurionis salutem adscribit fidei? Et vt dubium vrgentius sit, quęstio est: Cur Dominus in Euangelio, & Paulus in Epistolis, tribuūt fidei iustificationem, miracula, & beatitudinem? Siquidem vix reperias in Euangelio iustificationem à peccato, aut miraculum à Christo factum: quòd ipse Christus non asserat fidei. Longum est referre huius rei testimonia. Sed primum habes hoc loco. Sicut credidisti fiat tibi. & cap. 9. Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et ibi: secundum fidem vestrā fiat vobis. Cap. 15. magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. ¶ Iam ipse Dominus dicit beatos, eos qui credunt. Vt Petrus beatus dicitur, quia Pater ei reuelauerat. Et, beati qui non viderūt, & crediderunt, & scripta sunt vt credentes vitam æternā habeatis. ¶ Porro vbi reprehendūtur Apostoli, reprehendūtur, quia claudicabant in

fide. Vt, quid timidi estis modicę fidei? & naufraganti Petro idem dicitur. & cum Apostoli sanare nequiverunt dæmoniacum, reprehenditur eorum modica fides. ¶ Si consulis Apostolū vbiq; iustitiam, fidei tribuit. Iustus, inquit, ex fide viuit. Et, iustificati gratis, per gratiam ipsius, & per redemptionem factam à IESU, & per fidem. Et rursum, arbitramur iustificari hominē perfidem, sine operibus legis. Et demum omnia opera heroica antiquorum patrum fideli adscribit, ad Hebrę. 11. Vbi totus se in laudes fidei diffudit.

At in contrarium est Iacobus. Quid, inquit, prodest fratres mei, si fide se quis dicat habere, opera verò non habeat? num fides poterit saluare eum? & Paulus ipse: Si habuero tantam fidem, vt montes transferam, charitatem non habēs, nihil sum. Et Dominus ipse, multi dicent: Dñe Dñe, nōne in nomine tuo prophetauimus? & ego dicam eis, non noui vos: & demum tota ecclesia clamat, fidem sine operibus non seruare: Imò verò magis condēnare. Ita Concilia omnia in quibus de hac re disputatum fuit, & sancti scriptis tradiderunt. Et hęc plana veritas est. ¶ Statuitur ergo conclusio, fides sola neminem iustum ex integro facit, nec ad cælum perducit. ¶ Pendet igitur dubium, cur Paulus & Dñs iustitiam, & salutem vendicant fidei? Pro explicatione accipe lector: quatuor graduum scalam, quā in cælū itur. Primus est, fecisse cūta opera bona, quę viribus nature, sine speciali Dei adiutorio, homines facere solēt. In hoc gradu fuerunt Philosophi. Secundus est, fecisse omnia opera quę lex vetus iubeat, sine fide tamen, in Iesum, ex Maria natū. In hoc gradu fuerunt & sunt Iudęi à nostra fide abhorretes. Tertius est, credere in hunc Iesum, & in omnia quę ab Ecclesia Romana nobis credenda traduntur. Quartus est, credere in hunc Iesum: & eius mandata seruare. ¶ Quòd igitur Dominus, & Paulus tantopere fidem inculcāt, nihil aliud est, quā dicere his qui sunt in primo, & secundo gradu, non vobis sat est opera nature facere, aut legis. Nisi enim fidem in Iesum habeatis, nulla ratione vobis erit salus. Quia sine hac fide, impossibile est placere Deo. Hic est sensus vt arbitror genuinus Apostoli, & Dñi. ¶ Vrges tamen adhuc. Si gradus tertius, qui est fidei, suos seruatores non seruat, nisi in gradu quarto sint, cur Dñs & Apostolus, eos qui credunt, iustos & beatos dicunt? Respondeo ex verbis Consilij Tridētini. Sessio. 6. c. 8. Eo, inquit, perfidē iustificari dicimur, quia fides est principium, fundamentū, & radix nostrę iustificationis. Sine qua (quicquid aliud boni habeas) impossibile est placere Deo. Vbi magna animaduersione sunt auscultanda illa tria verba, principium, siue initium. Fundamentū, radix. Sanè principium radicale, virtute cōtinet reliqua. Habet. n. Philosophus in fine Elenchorū, principiū vt est mole minimum, ita

Cenel 32.

2. Corin. 4.

Math. 16.

Ioan. 26.

Ioan. 20.

Math. 8.

Math. 14.

Math. 17.

Roma 1.

Roma. 3.

Roma. 3.

Hebrę. 11.

Iacob. 2.

1. Ad Co-

rin. 13.

Math. 7.

Hebrę. 11.

Ita Diuus. Them 2.2. q. 19 art. 7. Phil. 100. 1. Corin. 3.

esse potestate validissimum. Et equidem potius fides quam timor est initium sapientię, De timo referuili mihi mentio est.

¶ Nam cum audis fundamentum esse fidem, ita ferè intelligas, sicut dicitur Christus fundamētum totius spiritualis edificij. ¶ Vtrumq; verò explicatur per illud verbum radix: quo verbo nihil significantius dici potuit.

Iam Multa Theologica sunt audienda: quibus hæc materia dilucidior fiat. Primū est. Quod natum est ex pluribus sequi, tribuitur ei quod est primum. Sicut vita tribuitur animę nutritiue. Eo enim viuimus, quia nutrimur. Similiter animal dicitur propter tactū: qui est primus inter omnes sensus: licet enim animal videat, audiat: tamen simul ac tactum quis habet, animal est. Cum igitur in iustificatione, primus motus animę in Deum, sit motus fidei, necessario fit, vt iustificatio tribuatur fidei. Hęc ferè ad verbum ex D. Thoma. 4. dist. 17. ar. 3. q. 3.

Audi nunc nostra. Beatitudo huius vię, (quę iustificatio dicitur) respōdet, & assimilatur beatitudini cęlesti. Iam consideremus, quo nam pacto anima sit in cęlo beata? Et primum quidē vnitur Deus animę, (per modū speciei, vt i theologi dicunt.) Vnitur quidem intimè: eleuando animam ad quoddam esse supernaturale, & diuinum. Secundo infundit Deus animę lumen glorię: quo illustratus intellectus Deum beata visione videt. Iam tertio anima Deum videns, eum sūmè amat. Quarto verò: videns, & amans: in perfectā delectatione consistit. Igitur controuersum Theologis est, quid nam horum quatuor animam beatam efficiat. Henricus respōdit, in vnione prima, fieri beatam. Thomas in visione. Scotus in amore. Aureolus in delectatione. & reuera origo beatitudinis (ex Deo) est vnio. Sed ex Deo, & nobis est visio. Simul enim ac mens Deum videt, beata est: tam enim est visio illa diuina: vt diuinam faciat animam.

¶ Rursum controuersum Theologis est, an voluntas eius, qui Deum videt, possit Deum non amare? & Scotistę õnes, nõnulli etiã Thomistę respondent, posse. Finge igitur beatū, cuius voluntas Deum non amet. Erit ne iste beatus? erit quidem, sed inchoatiue: erit quidem, quantum est ex Deo, & eius lumine: sed non quantum ex sua voluntate. Habes erudite lector figuram vnam negocij nostri. Ita enim per omnia contingit in iustificatione impij. Primo vnitur Deus animę per gratiam. secundo ei infundit lumen fidei tertio nascitur amor. & quarto de peccato dolor. At sicut beatitudo tribuitur visioni: ita & inchoata iustitia, fidei. Est enim maximè notandum, quòd tam nobile est lumen fidei, vt ex se hominem iustum facere incipiat, licet iustū non integrè faciat. Cum enim anima hoc lumine collustrata possit Deum non amare, si non amauerit, iustitiam inchoauit, non absoluit. Huius ergo rei hæc summa est. Fides, est lumen su-

pernaturale, diuinum, supra omnes creaturas. Qui ergo fidem habet, fit inchoatè supernaturalis & diuinus, & partem habet diuinę iustitię, & nisi is ipse sibi sit impedimēto, nihilo carebit, vt planè iustus sit. Quantum enim ex Deo est, ipse dans fidem, daret etiã & reliqua omnia dona ad vitam iustitię necessaria. Quòd si habes fidem, mille peccata mortalia habet, nihilominus, principium habet iustitię Dei, eius. s. fundamentum, atq; radicem. Qua forsan ratione Paulus omnes Christianos (licet essent eorum mali nonnulli) sanctos vocat absolutè, sanctificatos dilectos Deo, &c. Cur ita? quia habebant fidem. Audi eum: omnibus, inquit, qui sunt Romę, dilectis Dei, vocatis sanctis. Vocatis, id est effectis. Et rursus, Ecclesię Dei, quę est Corinthi, sanctificatis in Christo IESV, vocatis sanctis, &c. Et item. Omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo, & alibi sepe. Vt enim sacerdos, licet sit in culpa mortali, at nihilominus sacerdos est, & Spiritum sanctum habet ad remittenda peccata, si pastor sit: ita & quiuis Christianus Spiritum sanctum habet ad credendum, ad sperandum, ad obediendum Ecclesię, licet non habeat charitatem. Si igitur Spiritum sanctum habet. (licet contristatum propter culpā mortale) planè Deo sanctificatus est, & inchoatiue iustus, licet non ex integro.

¶ Quo igitur finiam, si Christianus habet fidem infusam, noua creatura est. De qua Apostolus. Si qua ergo in Christo, noua creatura: vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua. Si fidē habet, factura Dei ē, parata ad opera bona: vt in eis ambulet. Si fidem habet, ordinis est diuini. vocatus. s. in admirabile lumen Dei. Si fidē habet, membrum est Christi, licet mortuū. Si fidē habet, filius est ecclesię. Ius & potestatem habet ad regnum Dei, & item ius & facultatem habet vt se Deo offerat, ideo regale sacerdotium. Est itaq; domesticus Dei, cuius sanctorum, professor nouę religionis. in arca siquidem ecclesię grana cum paleis reperiuntur: in sarena boni pisces & mali. Habes igitur causam quare Dominus, & Apostolus, tā magnificè laudarūt fidem.

Et cum venisset Iesus.

Rectissimè locus hic de synagoga intelligitur. Certum enim est, Petrum esse sponsum ecclesię: ideo enim & anulum desponsationis in digito gerit: & adeò matrimonium inter eos firmum est. vt Pręlati inferiores, qui nupserūt particularibus Ecclesijs, eas deserere nequeant, sine Papę consensu. Extant de hac re, Canones, & decreta multa. Huius verò Ecclesię catholicę mater, synagoga fuit. Author est Bernardus in illud, tenui eum nec dimittam donec introducā eum in domum matris meę. Quasi dicat Ecclesiā: Tenui Christum, nec dimittam: donec ad synagogam eum introducā. Reliquię enim Iudeorum saluę fient in seculi fine: Ergo, Christo in-

Rom. 1. 1. Corin. 1. Ephes. 1.

Vide. 1. q. 1. c. ita fit. & c. ut euidenter & c. multi. & expresse. eadē c per Italam.

2. corin. 6. Ephes. 2.

2 petri. 2. Roma. 12.

Ioan. 1. 2. petri. 2.

Canti. 8.

Roma. 6. Ito in.

in quo consistat beatitudo. vide. S. Thom. 1. parte. q. 12. ar. 2. ad. 3.

scis cam adnotatio nes, et soto ad romi / scis. multa.

ustificatio impij. Concil. Tiden. scilicet. 6. 4. 6.

lumen fidei. soto de na. et gra.

sto ingresso in Ecclesiā: quæ est domus, & spōsa Christi: adest synagoga phrēnesi incredibili lāguēs, quā legis vmbra, veritatem esse credit. At Dominus in fine mundi, cum stat, (cum videlicet iam non moritur) imperabit febrī, & auferet velamen ab oculis Iudeorum, Surget tunc synagoga, & ministrabit Christo & Ecclesiæ.

Roma. 6.

Ita habetur di. 32. c. erubescat. & 2. q. 5. c. cōsaluisti. & 6. q. 1. c. somnia.

Potest secundò intelligi. Ecclesia secundum exteriorem hominem, Petro, & reliquis Prælati nupsit. Neq; enim in interiorem hominem ius habent Prælati. Iudicant enim de his quæ vident. Jam mater huius exterioris Ecclesiæ est Ecclesia eadem secundum hominem interiorem. Id est, Corporalis ecclesiæ, ecclesia spiritualis est mater. Hæc Socrus Symonis ubiq; iacet, negligitur, & nimis affectibus terrenorum torquetur, decumbit igitur magnis febribus. O vtinam nō vera essent, quæ loquimur. Fideles enim qui nunc sumus, secundum interiorem hominem, vehementer infirmamur. Causa verò est calor nimius, ex sanguine multo, & corrupto. Id est, ex multis, & malè partis diuitijs. Christum precor in ecclesiam ingressum, vt stet: nec prætereat nos, imperetq; febrī: vt abeunte, ministrare incipiamus. At signum hominis interioris sani est, quod surgat & ministret eis. Id est, vt quæ sursum sunt queramus. nō quæ super terram: hoc enim est surgere. Et item id non satis est: nisi proximis nostris ministremus. Hæc enim vniuersa lex est: si proximum diligamus. Tertio intelligi potest. Petrus despōsatus est cum quauis oue, hoc enim est pascere gregem, cum affectu maritali prosequi. Omnium verò ouium mater est Ecclesia Romana, Socrus igitur Petri, Ecclesia Romana est: Rogandus Deus est, vt nunquam illa magnis cupiditatis febribus decumbat. Et quod de Petro dicitur, dici de qualibet Ecclesia, & prælato suo potest.

Coloss. 3.

Roma. 13.

Ioan. 10.

2. Cori. 4.

Quarto intelligitur. Quæuis anima fidelis Petri sponsa est. Mater verò quæ has animas gignit, prædicator est: Paulo teste qui dicit, per Euangelium ego vos genui. Quòd si prædicatores haberent eum animum vinlem quem Paulus habebat, non dicerentur matres animarum, aut socrus Petri: sed dicerentur Patres fidelium, & Petri soceri. At quia Prædicatores decumbunt, & languent magnis febribus: ideò socrus dicuntur, & fœmine sunt, non viri. Jam si magnis febribus decumbunt, periculum est, ne mendacia & vanitates prædicent, (vt solent, qui vehementer febricitant) Christo placeat vt febrem & ardorē quo fluētes aquas sitimus, ipse retinguat, vt sic surgamus & ministremus fidelibus.

Vespere autem facta. loquemur primo de vespera mundi. Secundo de vespere Christi. Tertio de vespere hominis.

Vid Nico laū Tyrā tractatū de scarnatio- ne Christi

Sanè (iuxta quosdam) durabit mundus annis sex mille. Priores duo mille fuerunt, sine lege, & velut mane mundi. Duo alij habuerunt legem Moyse, fueruntq; mundi meridies. Postre-

mi duo mille sunt vespera mundi: in qua Christus, tot mundum sanauit languoribus, totq; eiecit ex nobis dæmonia. Rursum vera vespera mundi erit dies iudicij. Quo tempore omnia sana fient. Siquidem impij punientur, & pij præmia laborum suscipient. Idq; vnico verbo fiet, illo. scilicet. *ite maledicti: & venite benedicti.* Illa erit vera mundi vespera, quādo vocabuntur omnes operarij: vt recipiant mercedem suam, licet nouissimi tunc primi fiant.

cōtra Iudeos in fine glōse ordi nariē.

Math. 25.

Math. 20.

Eodem.

Habuit & suam vesperā sol iustitiæ Christus, in cruce siquidem occidit: & in sepulchro absconditus est. Sed sanauit tunc verbo multos. Potentior enim ostensus est calor solis occidentis, quā meridiani. Siquidem Centurio morientem confitetur: quem viuū crucifixerat. Et lapides sentiunt potentiam morientis: quos Iudei arripuerunt: vt iacerent in viuentem. Denique sol luna & stellæ retrahunt suam lucem Christo in cruce moriente: tanquam maioris lucis vim non sustinentes. Omnia ergo sanat, Christi potentissima infirmitas. Samson enim plures prostrat moriens: quā prostrauerat viuus.

Luce. 23. Math. 27.

Ioan. 8.

Iudic. 16.

¶ Est & altera Christi vespera. Quando enim Dominus piæ animæ adest, illuminas ei vultum suum: illustrasq; faciem super seruum suum. tunc oritur Christus animæ, quasi splendor matutinus. Quando verò inducit sponsam in cellam vinariam: tunc splendet sol in meridie. quòd tempus nunq; non optat sponsa: dicens. *indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Sed non diu durat hæc fœlicitas, abscondit enim Christus suā lucem in manibus: & occidit hic sol animæ. At non desperet anima. Tunc eius languores sanantur. bonum mihi (dicebat, qui hoc senserat) quia humiliasti me. Et rursus, humiliatus sum & liberauit me. Adeo enim nostra miseria magna est: vt lucem Dei diu sine periculo superbiæ nō sustineat: ne igitur superbiat, ei occidit sol. Vel etiam vt lucis pretium, ex eius absentia sentiat. Sanatur ergo vespere.

ps. 1. 62. psal. 30.

Cantic. 2.

Cantic. 1.

Iob 36.

psal. 118.

psal. 114.

Demū, suas homo vespere habet: Pars enim vitæ prior: quā animaliter viuit, mane est. Licet viciorum nebulis obscuratum. At si huic vitæ animali, succedat vita spiritualis: hæc est vespera in qua sanatur homo. Et est vespera de qua scriptum est, factum est vespere gratiæ: & ei succedens mane gloriæ dies vnus. Nihil enim interstat, inter vesperam vitæ sanctæ, & mane vitæ beatæ: nisi quòd homo hic noster exterior corrumpatur. Et ideo nulla mentio de mane animali, quia secundum terram vixit. Porro verbo sanantur infirmi, quia fides ex auditu. Et rursus, in auditu auris seruiunt mihi.

Genes. 1.

2. Cori. 15.

Roma. 10.

psal. 17.

¶ Secunda hominis vespera, est tempus tribulationis. In hoc vespere, sanantur homines à languoribus suis. Siquidem dum prosperitate lucente calidi sunt, sua mala non sentiunt: at vbi tribulatione succedente frigescent: sentire incipiunt sui morbi efficaciam. Rectè ergo

tribulat

Pfal. 30. dictum est: Imple facies eorum ignominia,
 & quærent nomen tuum Domine. Et rursus,
 Psal. 17. in tribulatione mea inuocavi Dominum. Et
 Luce. 15. ite, filius prodigus ad Patrē nō rediisset: nisi ne-
 cessitas eum, & miseria compulisset. Et fortas-
 Luce. 14. se is sensus est eius loci, Cōpelle eos intrare. Id
 est miseris preme, vt intrēt. Nec enim animē
 nostrē castellum, nisi fame & penuria adactum,
 Deo se subdere solet.

¶ Tertia vespera est senectē. In qua dignum
 erat, vt sanarentur homines: qui eatenus fue-
 rant infirmi. Dignū erat vt conuerterentur ad
 Psal. 58. vesperam: & famem gratiē paterentur, vt canes.
 Paratus est quidem Dominus eos sanare, qui in
 hac vespera venerint infirmi: sed nescio, an
 Jerem. 13. Æthiops mutabit colorem suum, aut pardus su-
 as varietates. Ne igitur, qui assuevit malis, des-
 peret, ideo (vt arbitror) dictum est: quod etiam
 Genes. 27. vespere, Dominus suos sanat infirmos. Ideo
 enim & Sarē iam seni filius natus est: & venerā-
 de etiam Sunamitidi, cui in senio Deus filium
 4. Regū. 4. dedit.

¶ Quarta vespera est tempus mortis. In qua vi-
 ri pij à languoribus huius vitē sanantur. Sa-
 nantur etiam impij nonnulli, fateor. miraculum
 ferē est, quod impius in vita, sanetur in morte.
 Sapien. 3. Dictum enim est, nationis præuē, dirē sunt con-
 Psal. 33. summationes. Et item mors peccatorum pes-
 sima: & item: quorum finis, interitus: & confū-
 philip. 3. matio in perditione. Thesaurizauerunt enim li-
 bi mali iram in diem iræ, Sed nihilominus fie-
 Roma. 2. ri potest: vt etiam in hac vespera, salus misero
 homini contingat. Vt textus noster habet.

Vt impleretur *quod dictum est. Egrotatio-
 nes nostras accepit.* Locus est iste difficilis. Primum enim Dominus
 hic sanat languores corporales: vt demonia-
 cos, & reliquos languentes: hæc verò mala nū-
 quam Christus suscepit. Nec enim demoniacus
 fuit, aut aliquo corporali morbo correptus. Iā,
 textus Isaie solum loquitur de languoribus ani-
 me. Dicit enim, Dominus posuit iniquitates no-
 stras super eum, malè igitur Mathēus locum il-
 lum, ad languores corporis traduxit. Non est
 tamen tam intricatus nodus hic, quàm Por-
 phirius ille putabat. Sanè iustitia Dei seuera est,
 nullum enim peccatum finit esse sine pœna. Et
 ideo omnes illi, quos Christus sanauit, infirmi:
 eam infirmitatem propter suas culpas patiebā-
 tur. At si Dominus simplici iussu sanasset infir-
 mos: iniuriam diuinę iustitię quadantenus ir-
 rogasset. Quid ergo remedij: vt Christus san-
 et, sine iustitię quærela? Remedium est, vt
 Christus se se obliget & adstringat, ad eas pœ-
 nas subeundas: quas illorum infirmorum culpę
 merebantur: ita enim iustitię Dei fit plus satis, &
 locus datur languorum salutis. Ita Christo pla-
 cuit, volens sanare infirmos, rigori diuino sese
 obstrinxit: ad suorum infirmorum meritas pœ-
 nas luendas. Id verò est, infirmitates & Egro-

tationes accepit. Vt intelligas: quantū nos ama-
 rit Christus: quàm se contempserit, se se pro no-
 bis pœnis adstringens: quàm deniq; est Dei se-
 uera iustitia. ¶ Adde secundo, quos sanabat
 Dominus in corpore, sanabat etiā in animo: vt
 Deuter. 32. essent eius opera perfecta. Et totum hominem
 sanaret in sabbato: si igitur sanās languores, sana-
 bat & peccata, rectè Mathēus citauit locū Isaie,
 Ioan. 7. qui est de peccatis. ¶ Adde tertio, etiam si
 Dominus non sanasset animę languores, cum
 sanabat corporis morbos: at quia morbi corpo-
 ris significabant morbos animę: & Dominus cū
 illos sanabat, hos sanare cupiebat (& ideo sana-
 bat illos, vt viam pararet, ad hosce sanādos) re-
 ctè sanè, dum illos sanat, & aufert: hos sanare
 comprobatur. Siquidem illos, in horum figura
 sanabat. Sicut cum Iudēi eneam serpentē ado-
 rabant: Christum adorasse dicimus, & nos ado-
 rantes crucem, crucifixum adoramus.

¶ Adde quarto. Quid nam absurdi est concede-
 re, quod Isaias de languoribus corporis, & ani-
 mę loquutus sit? Cum enim dicit, verè languo-
 res nostros ipse tulit: de corporalibus intellexit.
 Cum addit, & dolores nostros ipse portauit: de
 peccatis sensit. Hęc enim non ille accepit, sed
 eorum dolores. Non enim culpam sed pœnam
 in se sumpsit. Credo hanc esse tolerabilem ex-
 plicationē. Siquidem Mathēus Isaiam explica-
 uit. Igitur vterq; de corporalibus languoribus lo-
 quutus est. ¶ At verò profectò non esset res hæc
 tanto silentio prætereūda: Christus ò mortales,
 iam languores corporis de me tuo sustulit, sustu-
 lit etiam & anima peccata, hostes animę & cor-
 poris iā ille fugauit. Quid igitur est, quod lan-
 guores corporis adeò timemus, & horrescimus?
 languores iam non sunt, sed merita cœli. Quid
 est quod animę mala cōmittimus? cur reuoca-
 mus hostem in patriam, quē Christus relegauit
 tanto sudore? Veniat in memoriā nostrā, quod
 Paulus dicit: mihi absit gloriari, nisi in cruce. Et
 ite: libèter gloriabor in infirmitatib; meis. Quid
 Galat. 6. ita? quia infirmitates mala iam nō sunt, sed poti;
 2. Cori. 12. tanta bona: vt in eis Christianus gloriari debeat.
 Sustulit igitur Dñs è medio infirmitates: quas re-
 liquit, nō sunt infirmitates, sed perfectio virtu-
 tis. Siquidem virtus in infirmitate perficitur. Nō
 2. Cori. 12. veto, quin doleas, sed admoneo vt thesaurum
 agnoscas, sed de his alibi.

Videns autem Iesus turbas.

SEquar te inquit scriba ille. Nesciēs quò tandē
 Christus iret, si enim nosset: quò ad crucē,
 & mortē, & sepulchrū ibat. forsan non diceret,
 sequar te quocūq; ieris. Id ei Dñs indicat: vulpēs
 & volucres habent suffugia sua: ego verò nec
 foueā aut sepulturā habiturus sum meam. Id. n.
 vbi sepeliar, alienū erit. Et crux vbi suspēdar nō
 mea erit, nec. n. mihi debetur. Ergo si sequi me
 vis quo iero, eo verò ad crucē & monumētū in-
 quib; nec habitur; sū quicquā meū, vis ne eò ire?
 ¶ Porro

Actor. 7. ¶ Porro quod dicit: Vulpes foueas habet, potest forsan hunc sensum habere. Dæmones qui vulpes sunt, habuerunt foueas suas, tempore legis naturæ. Siquidem & in Adam & Eva foueam sibi demon inuenit. Angeli verò (per quos lex Moyfi data est) qui volucres cœlestes sunt, inuenerunt nidum, suæ legis obseruatores. At Christus in lege sua noua, (quam tunc inchoabat,) non inueniebat, vbi caput reclinaret.

Ezechi 33. ¶ Potest alium etiam habere sensum. Mali prædicatores vulpes sunt: dictum enim est: Vt Prophetis insipientibus, qui sequuntur Spiritum suum, & nihil vident: quasi vulpes in deserto, Prophetæ tui Israël erant. Causa verò quare comparatur vulpibus, illa est quia sequuntur spiritum suum. De quibus dictum est: comprehendit sapientes in astutia sua quasi dicat: Comprehendit Deus vulpes, in vâstricie sua. Boni verò prædicatores, volucres cœli sunt, debent enim habere nidum (cum passere, & turture) altaria Domini virtutû. Dicit ergo Dominus. boni, mali que viri inueniunt suæ quieti locum: at filius hominis non habet lectum, in quo recumbat, imo nec puluinar vbi caput reclinet.

Math 20. ¶ O verò rem indignissi. filius hominis, hominum minister, (siquidem non venit ministrari, sed ministrare.) non inuenit, vbi lassum caput reclinet. Non iactat Christus suos magnificos titulos, quod scilicet rex sit, Deus sit, magni consilij Angelus, mirabilis, fortis. iactat nomen amicum, filius hominis. At hic rex venit seruire homini: & pro tam grandi famulatu, scilicet pro anima, (quam in redemptionem dat pro multis) non inuenit vbi caput inclinaret? Aiebat Dominus: Seruum etiam ex agro fessum, non accumbere: sed præcingi vt heros suo ministret cœnatoro. Ita planè. sed num adeò est herus crudelis: vt vel ceruicam non det seruo suo, iam lasso, vbi caput coniciat? At meminerint homines: Christum esse sponsum, cui sponsa lectum debet. esse regem, qui aureum reclinatoriû meretur. esse certè lassum, cui merito charitatis debetur, vbi quiescat.

Libet verò expèdere verbum hoc: Nô habet vbi reclinet caput. Quid Domine an non habes virginem sacram, tuam matrem, quæ tibi lectum pareat? Quod si matrem reiciis tuam: an non habes patrem, in cuius sinu & delitiis caput reclines? Multa se se aperiunt dicenda. Primum eo erat animo Christus: vt non solas fugeret opes, & delicias terrenas, vt sua maiestate minores, sed etiam paratus esset reclinatoria etiam cœlestia reiciere, si ita esset consentaneum Patris honori. Imò verò verè ea reiecit. nam in cruce pendens: velut qui omni erat solatio destitutus, queritur: Pater cur reliquisti me? Et rursum: clamauit per diem & non exaudies: & nocte, non ad insipientiam mihi. Planè quia Pater voluit eum contertere in infirmitate, vt nihil esset in eius parte inferiore ex letitia integrum, sed nimio dolore contritum. Idque Pater filio cupiente præ-

stitit. Tunc verum verè fuit, non habet filius hominis neque in terra neque in cœlo vbi caput reclinet. Nam nec in cruce reclinare poterat, ventantibus spinis, ne cruce caput hereret. Quadrauit igitur ei verbum illud: quid enim est mihi in cœlo, & a te quid volui super terram: defecit caro mea, & cor meum: ô Deus cordis mei, & pars mea in æternum. Et illud: Veni in altitudinem maris, amaritudinis: & tempestas demersit me. laboraui clamans. Igitur sicut Paulus erat in omnibus institutus, sciebat enim pati angustiam, & abundare: esurire, & refici: itaque in omnibus, caput erectum habebat & liberum: ita Dominus nullam rem capiti suo supposuit, sed Patri suo se liberum seruauit. hoc vno contentus quod Deum Patrem haberet. Verè dicens. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. quasi accinctum, surrectum: & non alicubi reclinatum. Hæc de Christo erga Patrem suum.

¶ Secundò dicendus ille sensus est: quo caput Christi dicitur Deus: vt verbum Christi sic intelligatur. omnes quæsierunt, & inuenerunt sibi quietem, ego verò capiti meo, id est Deo meo quæro quietem, nec inuenio. Id tibi suadeas lector nihil Christum in sua vita optasse magis quam inuenire locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Multo sanè verius (quam David) dicebat: Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis, & palpebris dormitatione donec inueniam locum Domino. Ita sanè hæc, eius cor cura angebat: hic zelus eius animam exedebat, & tabescere carnem faciebat. hac de causa peregrinabatur, sudabat: imo sanguinem & vitam hac ratione pfudit. ¶ Iam quæreret libet: quæ nam causa sit, quod Christo tam ardentibus votis, requiem Patri suo in animabus nostris optanti, nemo sit, qui vbi caput reclinet tribuat? Nemo sit qui Christi desiderijs faciat satis? Et primo quidem hæc vna causa videri potest, quia Deus (caput Christi) grauis videtur, homini tenero & delicato. Dicunt dolenter viri Bethsamitæ, (qui percussæ a Deo sunt, quia arcam Domini susceperant, & respexerant) quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? Planè caro nostra mollis est, Deus videtur grauis, recusat tantum onus in se recipere. Altera causa est, quia puluinarum cui caput incumbit, necessario capiti cedere debet: ita & anima Deum suscipiens cedere Deo debet, subiici, & humiliari. At quis est qui humiliari patitur? Siquidem nolumus expoliari, sed super vestiri. nolumus subiici: sed exaltari. Tertia causa est: quia nolumus Deum reclinatum. Christus Iudæis est scandalum, & gentibus stultitia. Cur ita? Quia Christus sese reclinauit, si caput suum non inclinasset: facile ab omnibus esset receptus. sed non inuenit vbi quiescat, quia se se exinanauit. Facile Gentes Deum adorant: facile Iudæi Deum colunt. at quæ difficile Deus crucifixus recipitur. Hac vna ratione

Quo ad portionem animæ inferiorem. Psal. 72.

Psal. 68.

Psal. 107.

Psal. 137.

Ioan. 2.

1. Regi. 6.

2. Corin. 5.

1. Cori. 3.

Phil. 3.

quia inclinavit se. Vt n. animus noster in se humilitatem odit: ita & in Deo, quem colit, humilitatem agnoscere non sustinet.

¶ At verò mortales, si in vobis Deus quiescere debet, inclinare se debet. Grádis enim princeps quomodo in vilé casam intrabit, nisi, nclinatus? Iam si propter nostram saluté lassatus est Deus, quomodo quiescet, nisi sese reclinet? Nú reiiciet sponsa principem, dilectum suum, quem ipse suæ sponse amor ad eam reclinauit? Eò se inclinat, ó anima, sponsus tuus, vt amorem erga te suum persentias: & amátem, etiam humiliatum, in tuo gremio suscipias. quomodo enim dilectus tuus, intra hubera tua commorabitur, nisi se deiiciat? Quid verò si sua hac deiectione pmereri voluit, qd' a te recipetur, nú sua cū mercede fraudabis?

Sed non est silendum híc dubium. Cur Christe Domine quereris, quod non habeas, vbi caput tuum reclines? An non tui sunt cœli, tua est terra? Qui ergo cœlos habet, certè vbi caput reclinet habet? At verò potius Christus animas optat, vbi quiescat quam cœlum. Cùm enim condidisset omnia, dicit: Delectabar per singulos dies, ludens coram ipso, omni tempore, ludens in orbe terrarum: sed delitiæ meæ, esse cum filis hominum: Quasi diceret, letabar in operibus manuum mearum: sed vbi caput reclinarem, querebam: querebam scilicet filios hominum. Sanè cœli pulcheri imi sunt: sed hi sunt sedes vbi Deus sedet non sunt reclinatorium vbi caput reclinet.

¶ At dices: n non habet Christus Angelos, in quibus dignè caput inclinet? Cur ergo queritur, se non habere vbi caput reclinet? Nescio an id audeam dicere, maius gaudium est Christo, super vno peccatore pœnitentiam agente: quam supra nonagintanouem iustis illis (qui choros Angelorum significât) qui pœnitētia non indigēt. Quid miraris, si nescio quid solatij inueniat Deus in hominis anima, magis quam in Angelo? Sanè si Christus animas nostras asperfit sanguine suo, ita vt nulla purpura, nullusque muricis sanguis, adeò pulchra sint, quam anima cocco illo sanguinis Christi bis tincta: quid mirum est, si Deus suum sanguinem magis in nobis, quã Angelos amet? Planè Angeli omnes sunt administratorij spiritus. Sed nunquam Angelos apprehendit: sed semen Abrahæ. Quo circa animas nostras altiori nomine Christus dignatus est, scilicet sponsarum, in quarū brachiis, & vberibus sponsus caput suum reclinet.

¶ Sed en magnus pudor, & verecundia vultum operit nostrum. nos sumus quos Deus querit: vbi caput inclinet: & in nobis locum non inuenit ad manendum, nec sibi, nec camelis suis. Quid Domine nec in gente nostra est, qui capiti tuo requiem concedat? Dolere potius libet, quam respondere. Equidem anima nostra post maledictionem Adę terra est, quæ spinas profert & tribulos: non ergo idonea est, vt ibi caput suū Deus reclinet. Si enim dixerimus quod pecca-

tum non habemus ipsi nos seducimus: at peccata quiescere Deum, in se non sinunt. Terra sumus iterum, ac tertio, terra sumus: at non est æquum capiti diuino, terram adeò terram, adeò duram, adeòque immitem supponere. Igitur Domine si anima nostra dura terra est, tu eam tuo sanguine infunde, vt mollis reddatur, & tuo capite digna. Si terra est, tu eam tua virtute in cœlum conuerte.

¶ Quam verò anima nostra optare debuerat si saperet se puluinar Deo offerre. sciens, si se capiti diuino subiceret, Deum se habituram in possessionem. vt enim caput habet puluinar, ita & puluinar capite gaudet. & vt caput in puluinar quiescit, ita & quiescit puluinar in capite.

¶ Quis verò non stupeat, quod Deus in anima: velut caput in cervicali, quiescere cupiat? Et profectò, cum adeò Dominus in terra salutem nostrā cupiat, (velut vehementer fessus & lassus & hoc maximè fessus, quia minimè quod querit inuenit.) quietem in nobis querit, nec est tamen qui voluntatem eius impleat.

¶ Illud verò reputa: quod cum vehementer cupiat caput in nobis reclinare, (velut cupit qui lassatus est,) at neminem cogit: sed liberi arbitrij quemuis esse finit, adeò leges quas semel instituit, seruari & non præteriri statuit. At si esset in nobis vel mica prudentiæ, sola hæc querimonia, quod reclinatorium non inueniat, sat esse deberet, vt ei illud exhiberemus.

¶ Videat verò qui reclinatorium & lectum Deo parat, quale lectum ei sternerat: Rex est, & non qualiscunque lectus illi congruit. Si verò quis nosse desiderat, qualis esse lectus debeat: audiat quale in canticis designetur. Ferculum Salomonis est de lignis Libani, columnas habet argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, quod media charitate constrauit.

Sine mortuos ^{sepeliant mortuos suos.} Cùm audio quod mortui mortuos sepeliant & intelligo eos esse mortuos, qui Christum non sequuntur: non sine dolore videre videor, quandam rempublicam mortuorum. Vbi ædant mortui, bibant, emant, vendant, nubant, & nuptui dent. Deus bone quid cœlestes illi ciues. (qui verè viuunt,) sentiunt, cum hanc mortuorum turbam conspiciunt? Cumque videant homines, qui viuere se credunt, ita negociari ac si viui essent. Quam verò foetebit locus hic cadauerum, non iacentium, sed inuicem se sepelientium?

¶ Quid enim aliud facere credas mortuos hos, quam se mutuo sepelire? Sine inquit mortuos, vt se sepeliant. Planè cum diues nihil ambit quã pecuniam, an mam suam grauat terrenis affectibus, igitur sepelit ipse se & cum libidinosus miseram afficere, & inescare concupiscit: quid aliud facit, quam eam sepelire, terreno affectu eius animam operiens?

¶ Tu lector considera quid viri pij facere contendant

Cantic. 1.

psalm. 83.

Prouer. 8.

Isaie 66.

Luce. 15.

Apocal. 1.

S. Thom. super Epist. c. hebr. lc 3.

Hebr. 1.

Canti. 1. vltim.

Genes. 24.

Genes. 3.

1. Ioan. 2.

Ierem. 22.

Psalm. 148.

Zachar. 9.

Canti. 3.

Psalm. 147.

tendant. sanè contendunt terrenos affectus, ex suis & aliorum animis remouere. Hoc verò nihil aliud est quam se & alios exhumare: oculosque & membra, quæ terra super iniecta sopierat: terra amota reddere liberiora. Si igitur spirituales homines exhumandi officium exercent, homines terreni quid erunt aliud quam humatores, & sepultores cadauerum.

psal. 25. Nec est prætereundum quod dicit, sepeliant mortuos suos: Siquidem pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. sunt enim mortui morruorum, & sunt mortui viuorù: imò Dei viuentis. Igitur cum Christum sequimur, mortui sumus cum Christo: sed vita nostra est abscondita. at cum mundo militamus: vita nostra videtur, sed mors abscondita est cum dæmone in inferno.

Luce. 20. *Colos. 3.* Nam vero intelligis cur inter mortuos, non inueniat vita ubi caput reclinet.

Et ascendente eo in nauiculam.

1. Cor. 10. **E**legantissimè hoc loco, describitur vitæ Christianæ progressus. id est, quomodo Christiani tententur, & quomodo à tentatione liberentur: factum cum tentatione prouentu. Igitur Nauicula, in quam Christus ascendit, vita Christiana est. ut enim mare tranare nemo potest sine nauicula: ita sine vita Christiana, in seculo saluari nemo potest.

Genes. 8. *Exodi. 13.* Et ut solè ille animæ quæ in arcâ Noë intrarunt, euaserunt diluuium: ita ipsi seruantur à diluuiæ seculi, qui vitam Christianam ingressi sunt. Et nota quod Iudei non super nauim transeunt mare rubrum, sed per ipsum mare. Sanè quia Iudæis licebat bene agere, bonorum temporalium respectu: ibant igitur per media temporalia. At Christiani super mare transeunt, in nauicula, quia quæ sursum sunt quærimus, non quæ super terram: non videlicet bona huius maris, sed cœlestia.

Colos. 3. Et eleganter dicitur vita Christiana nauicula: quæ tota cœlo desuper aperta est: tota verò ex imo, mari clausa: licet p parte angustiori ipsum mare contingat. Quia vita Christiana tota cœlū respicit, tota à cœlo respicitur. tota à cœlo dependet. tota à cœlo influitur. Ex parte verò externa mare contingit, sumens ab eo necessaria vitæ. Cauens ne per aliquam rimulam, affectio maris in vitam Christianam irreat. Nullum enim periculum habet nauis, nisi ab aquæ marinæ ingressu. Ita nullum periculum habet vita nostra, nisi cum ingressum humanis affectibus concedimus.

Math. 7. Ut verò elegantissimè dicta nauis est vita Christiana: quæ ad portum affert salutis: ita horrendè & lachrymabiliter dicta nauicula est. Utinam nauis grandis, & nimium capax fuisset: sed nauicula est: arcta est: angusta est: breuis est. Non modo arcta, quia pauci sunt, qui intrant in eam: sed etiam quia ipsa arcta est, nec multos capit. Ut enim arcta est via quæ ducit ad vitam: ita & arcta

est nauis, quæ ducit ad regnum. Igitur vita Christiana, non est spaciola, sed arcta: & constricta. Est verò hæc nauicula vna: nec enim plures habet nauiculas Christus: neque existimes in aliam nauiculam ascendere Christum, in aliam verò discipulos: Vna tantum est. Sicut vna fides vnum baptismus, vnus Deus. Igitur si vis viuere Christianè, vide quomodo Christus, & discipuli eius vixerunt.

Rectissimè igitur nauicula crux dicitur, id est, vita crucis. In hac enim vita cruciata & afflicta nauigarunt Patres nostri, & per crucem venerunt ad regnum. Planè heredes sumus Dei, & coheredes Christi, si tamen compatimur. id est si in cruce per mare nauigamus.

Ascendente ergo Christo in nauiculam, sequuntur eum discipuli eius. Id est, ascenderunt & ipsi. Quid verò, ex tota turba quæ Christum pedestrem, pedestres sequebantur: nunc iam nauigantem, nemo sequitur nisi discipuli eius? Certè cum prædicatur Christus Redemptor, amator, miracula faciens: nemo est, qui eum non sequatur. adeò ut conculcare se turbe videantur, at si in nauiculam ascendit sanctæ conuersationis: eum pauci sequuntur, qui scilicet erant præordinati ad vitam æternam. Atqui o turbe, sine nauicula, traicere vobis in cœlum non licet.

Et ecce motus magnus factus est. Et ipse dormiebat. Et ut alibi habetur dormiebat super cervicali. Primum dicamus: quid sit, Christum in vita Christiana dormire. Dormire verò est, quiescere in ea ut in proprio lecto: nulli enim gaudet, aut quietem accipit, nisi in hac vita Christiana. Nec enim gaudet in Sapientia, aut in diuitiis, aut in ipsa virtute, si extra vitam Christianam sit. Desperent Mauri, aut Iudæi, quantumuis iusti: non dormit, aut quiescit ibi Deus. Secundo dormit hic Dominus, quia filet, & iniuriis affectus, dissimulat: ac si dormiret. Attolle oculos te precor, & inspicie tot hominum contra Christum iniurias: non infidelium solum, sed & fidelium. nec fidelium dumtaxat: qui iniqui sunt, sed eorum etiam qui deuoti nuncupantur. Ad has omnes taet Christus ac si dormiret, factus enim est, sicut homo non audiens, nec habens in ore suo redargutiones. Dixit enim: Tacui, semper silui, patiens fui. ut parturiès loquar. Tertio ea ratione dicitur dormiens, quæ & alio loco apud Lucam, dicitur: peregrè profectus & absens. Videlicet, sinit res esse sui consilij: ab eis nihil nunc exactè requirens. Quarto dicitur dormiens, quia in lege veteri videbatur laborans, tum quia peccata illorù sustinebat. Dicit enim laborauit sustinens, tum quia nouam legem adornabat, & ædificabat. ut igitur per sex dies laborauit, & in die septimo requieuit, ab omni opere suo: ita per tēpus legis veteris operabatur: nūc verò iā requiescit. relinquatur. n. sabbatismus populo Dei. Siquidè in lege noua, nec peccata esse debuerat

Ephes. 4.

Luce. 12.

1. Cor. 13.

Psalm. 37.

Isaic. 42.

Math. 21.

Isaic. 1.

Genes. 1.

Hebræ. 4.

buerant, quæ Deus sustineret: nec nouam aliam legem Deus machinatur: quiescit ergo & dormit. Quintò dicitur dormiens, quia cum vigilamus, exteriora nostra mouentur, & agitantur: interiora verò quiescunt. Còtra fit cù dormimus, exteriora cessant, interiora verò nullam requiem habent. cibis enim coquitur, digeritur, distribuitur, assimilatur, & incorporatur, vt Medici dicunt: Ita planè Christus in vita Christiana, exterius ferè cessat: interius operatur. exterior homo corruptitur, interiore renouato. Decor interius est, siquidem exterius decolorauit sponsam sol. Interior est pulchra, exterius est fusca. dormire ergo videtur. Sextò dicitur dormire. Quia qui Christum habet, silentio, recessui, solitudini, (velut dormiturus) studet. Videas turbam monachorum, & virorum qui perfecti esse student, totos silentio se dare, quorsum? Vt dormiant, & Christum in eis quiescentem, non excitent. Septimò dormit, quia dormire suos facit: dormire scilicet à rebus, & curis seculi quietos: pacatos: tranquillos: silentes: nulli noxios: iniurias patientes: adeò exterius & interius compositos, vt dormire dicas, & demum adeò viles & abiectos: vt eos non esse credas. videlicet, qui in mundo non sint. Tandem quis non credat Christum dormire, cum in hostia sacra, sub albetibus cortinis velut in lecto iacet?

Sed non vacat mysterio, quod dormit super cervicali. Primum, quod modicis contentus fuerit, nec enim ambulauit in magnis, aut in mirabilibus super se. Id est super cervicali, & non super lecto. Secundò quod huius vite quies, & dormitio potius quieti in cervicali, quàm in lecto còparatur. Nec enim sponsa vnquam lectum suum commendat, sed lectulum: aut cervical potius. Sanè qui in lecto cubat, in horas multas dormire vult: at qui in cervicali, ad paucas. Tertiò habes Dominum ex labore fessum: ex itinere, & prædicatione lassatum: non tamè iacentem in lecto, sed cubantem in cervicali: vt facilius corpus ad orationem excitaretur. Quartò, quam velit nos Dominus intelligere, se esse paratissimum: velut in procinctu: ad fauendum nobis? Sanè si in lecto iacuisset, quis crederet eum è lecto surrecturum, vt laborantibus opem ferret: at nunc, quia iacet super cervicali, paratus est è sua quiete còsurgere: vt miserie nostre auxilio sit. Propè igitur est Dominus omnibus inuocantibus eum, dummodo in veritate inuocauerint. Et quidem in tempore legis veteris, per annos bis mille vocatus, venire reuebat: quia dormiebat: velut potens crapulatus à vino. Nunc verò facillè surgit: vt qui super cervicali quiescat. Quintò, quod dormiat Dominus super cervicali, pauperem, & asperam vitam commendat. quam ab ipsa origine vite ad finem vsque, commendare non cessauit. Natus in præsepio, dormiens super alieno cervicali, moriens in cruce, quid aliud contendit, quam vitam exiguam, & parcam complecti? Sextò etiam

admonet nos presenti vti commoditate, & dum tempus & ratio se offert, angustè viuendi, lautam vitam non queramus. ergo in nauis ne querito delicias. Paulus prudèter institutus est: Scit enim in conuiuio, comedere: scit infame, penuriam pati, scit ergo abundare, & egere. Septimò innuit, sat esse Christiano si caput suum quiescere, & blandè dormire fecit, reliqua nihil curet. Caput nostrum Christus est: si huic quesiuis quietè, sat fuerit: etiam si nobis tam blanda quies parata non sit.

Porro quiescente Christo, venti fremere ceperunt: intumuit mare: quatitur fluctibus nauicula, & tanta contentione exagitur, vt propè mergeretur. Duo hinc libet admirari. Primò quod venti, fluctus & mare contra Christum sequantur. Alterum quod contra eum iacentem in cervicali desequantur. Grande miraculum: quod contra Christum, caro nostra, & mundus arma capiant, quodque contra eum insaniant: quem Angeli reuerentur, potestates tremunt, & omnis cælorum machina adorat. Iam si Christus tyrannus esset, aut alicui noceret: nihil mirum, si læsi contra nocentem armarentur. At contra Christum iacentem, dormientem, & super paupere cervicali? Quis furor o mortales? Quid vobis Christus & pij Christiani nocuerunt? an non potius vestra querunt lucra? Quid enim aliud querat, qui verè proximorum charitate exurit? Quod si etiam Christiani læsissent: tamen pauperes sunt, nihil sunt, crucifixi, & mortui, cur còtra pulices insanitis? An non verissimè venti insani dicentur, qui tam ceco furore, contra innocuos, tam debiles, tam inimicorum amatores, fluctibus maris, & totis viribus armantur. Planè: vt venti sine ratione nautis innoxios nocent: ita & impij pios demergere sine ratione desiderant. Rectè dictum est: odio habuerunt me gratis. Et Pilatus, & Herodes nullam inuenerunt causam, in eo, quem ad mortem damnauerunt. Rectè etiam clamat Scriba Ephesus, dum Ephesus tota confunderetur. Periclitamur argui seditionis, cum nullus obnoxius sit, de quo possimus reddere rationem. Attende nunc miraculum aliud, quod nauicula proxima est naufragio: iam iam erat submergenda. Christum habet nauicula, & periculum naufragij sustinet. o Christiane, si cù Christo periculum tibi est, quid sine Christo? An non iniquum est, peccare: ac ita nauiculam in mare demergere? Nunc melior est vita sub aquis quam super nauicula? An non sub aquis mors est? An non in nauicula, est spes ad portum veniendi? At dices mare spaciosum est, arcta verò nauicula. Verum id. sed per spaciola itur ad perditionem: vt per arcta peruenitur ad regnum.

Quod si te venti vehementer impugnant, vt iam iam irrumpant, clama ad Christum. Hanc enim misericordiam, & fœdus nobiscum habet Christus, vt inuocatus, à naufragio liberet. Igitur in oratione, in clamore, in apertione oris tui, tua

salus

Philip. 4.

1. Cori. 11.

2. Cori. 13.

Coloss. 3.

1 Reg. 16.

psal. 58.

Ioan. 18.

Act. 19.

psal. 103.

Math. 7.

Pfal. 30. salusest. Si peris, tua culpa peris, quia non aperuisti os tuum, non impleuit te salute Christus. Excitatur ad vocem ouis pastor: ad vocem puli gallina: ad filii vocem pia mater.

Quid timidi estis, inquit Dominus, modice fidei? Qui magnam fidem

habet, non dicit: Salua nos, perimus. non enim qui ardentem fidem habet, perit. qui ergo prope interitum est, paruam fidem habet. Qui magna fidem habet, fluctibus & ventis obsistit. & in ventorum, & maris conflictatione letatur. Mihi, inquit Paulus, absit gloriari, nisi in cruce: vbi venti perflant. Gloriabor libenter in tribulationibus, & fluctuum impetu. Hæc enim fides est magna: quæ non solum gloriatur in spe filiorum Dei: sed & gaudet in tribulationibus: sciens quia tribulatio patientiã operatur: cui regnum debetur. Vide verò quemadmodum antequam eos liberet, reprehendit. Signum enim liberationis reprehensio est. Per quam dignus tribulatione priore, efficitur dignus liberatione sequenti. Merito verò reprehendit eos: Si. n. cum Christo erant, cur timebant ventos? Iniuriam facit fortissimo viro, si ab eo in manibus portatus, ventostimet. Cur enim timeat ouis in humeris pastoris? Cur timeat agnus in brachiis Christi? Cur timeat puellus in vlnis suæ matris? Cur timeat sponsa quam dextera amplexatur sponsi? Num times Christi debilitatem? At ille dixit: Nemo capiet eas, scilicet oues, de manu mea. Modicæ igitur fidei: quid timidi estis. Si super alas suas vos defert magnarum alarum aquila, quid timetis scarabeos? Tempore antiquo mirum non erat: si fideles timerent. longe. n. erat salus ab eis, at nunc nobiscum est Deus. Et ipse promittit: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: vide verò, non dixit: quid timidi estis modicæ charitatis, aut modicæ fortitudinis. Siquidem radix omnium virtutum est fides.

¶ Nota mundi tribulationes ventum hinc dici: Cur igitur ventos fidelis pertimescat?

Imperauit Dominus ventis, & mari. Solet. n. nonnunquam Dominus reprehendere intrinsecus corda eorum, qui nos affligunt. Ita reprehendit Abimelech pro Abraham. Labam pro Iacob. Mariam & Aaronem pro Mose. Sed ea verè in seculo magna tranquillitas est, cum Dominus imperauit non solum exterioribus aduersariis: sed & nostræ carni, vt subdita rationi sit, quatenus per vitam presentem fieri potest. Cum videlicet ludit puer paruulus super foramine aspidis. id est, cum spiritus noster parum a sua carne timet. Cum pax sit cum bestiis terræ, id est, cum affectionibus nostris. Quod tunc fit: quando ea quæ alij habent pro aduersis, nos p. foelicibus reputamus. Illa verè est tranquillitas magna, quæ contingere non solet nisi post tribulationem, & tempestatem magnam. Hæc enim illius meritum est.

¶ Tunc reuera mirantur homines Christi potentiam, & dicunt: qualis est hic? Vix credit homo Christum tantam potentiam habere, donec caro nostra post mortem in spiritu surgat: & eiecto Ismahele, Isaac ludat solus. & cessante parere Lia, incipiat prolem habere Rachel. & donec defuncto David, qui erat vir sanguinum, & beligerator: succedat Salomon, qui regis pacifici nomen obtinuit. ¶ Duo sunt hic mihi aduertenda: Alterum. quàm parum credidissent, (qui prope naufragiũ erant) tantam futuram, tã subito, tranquillitatem? Certè vt intelligamus, quod facile est, in conspectu Dei, subito honestare pauperem. Et in die malorum ne simus immemores bonorum. Sicut contra in die bonorum, & tranquillitatis, ne in vtramque aurem dormiamus, sed memores simus malorum & tempestatum. Alterum est: Quod tranquillitas per Christi terrorem & comminationem facta est. Nihil enim est adeo, quod carnis nostræ insultus cohibeat, quàm timor & terror Christi: Rectè ille dicebat. Confige timore carnes meas. & cæt.

Et cum venisset Iesus.

Libet nonnulla dicere iuxta literam, mox ad moralia descendam. Primum occurrit, quod Mathæus dicit *Exierunt de monumentis duo habentes demonia.* Vbi considerandum, cur demones habitare cupiunt in sepulchris? Responsio prior est. Quia diabolus inuexit in mundum monumenta, & sepulturas: ideo gaudet in effectibus suis. Planè mundus nesciebat monumenta, sicut nec sciebat mortem. Deus enim mortem non fecit: nec letatur in perditione viuorum. Creauit enim omnia, vt essent: & sanas fecit nationes orbis terræ. Si igitur Deus mortem non fecit: ergo nec sepulturam, quæ domus mortis est. Eleganter inquit: Deus creauit hominem in exterminabilem, inuidia autem diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Igitur per eandem inuidiam, introiuit monumentum. Secundò: Certum est duos esse principes: Deum & dæmonem: Domino teste, qui diabolum principem mundi huius nominat. Ad principem Deum spectat vita, & terra viuorum, id est, cælum. Quare ad principem diabolum spectat mors, & infernus, & sepulture mortuorum. gaudet igitur in rebus suis. Ideo vitæ princeps Christus, contra mortem inquit: O mors ego ero mors tua: & morsus tuus inferne. Tertio, Dominus inquit Sadduceis: Non est Deus mortuorum, sed viuorum: igitur, verè mortui non sunt Dei, sed diaboli. Siquidem iusti, qui vita hac sancti sunt, nō sunt mortui sed dormiunt. Igitur diabolus est dominus mortuorum, quare & monumentorum: in quibus hi verè mortui habitant. sepulchra enim eorum, domus eorum in perpetuum. Nec enim incredibile est, illa monumenta in quibus hi demonia latebāt, hominū fuisse impiorū, & sicut eorū animas in inferno: ita

Genes. 27.
Genes. 30.
2. Reg. 5. 1.

Eccli. 12.
Eodem.

Psal. 118.

Sapient. 1.

Sapient. 2.

Ioan. 12. 14

Osee 13.
Math. 22.

Ioan. 11.

Psal. 48.

Galat. 6.
2. Cori. 11.

Roma. 5.

Iuce. 19.
Isaie 40.

Canti. 2. 8.
Ioan. 10.

Deuter. 32.

Math. 28.

Hebrg. 11.

Genes. 10.
Genes. 31.

Isaie. 11.

Iob. 5.

ita & corpora in sepulchris possidebant. Nam sicut omnia, quæ habent p̄iure hereditario spectant ad Deū: ita quæ habent imp̄i, diaboli sunt.

Secunda consideratio est: Cur dæmon faciat dæmoniacos esse nudos? Hic enim dicitur: Vestimento non induebatur. Cur igitur? Primò quia verecunda nuditas, per peccatum, & diabolum in mundum inuecta est. Ante peccatum Adæ, lux eum vestiebat. Post peccatum viderunt, se esse nudos. gaudet igitur dæmon in victoria sua & delectatur in imaginibus suorum triumphorum. Secundò: quia dæmon est turpis, & impudicus. gaudet igitur in nuditate: quæ est illecebramentum impudicitie. Vnde Paulus iubet: Mulieres velatum habere caput, propter Angelos bonos, qui sicut sunt pudici, ita gaudent pudore, & velamentis: quæ sunt pudoris pedagogi. Tertiò: Nabuchodonosor ex hominibus abiectus, fœnum vt bos comedit, & rore cœli nudus inficiebatur. Ita Adam post peccatū: ex paradiso, & Angelis abiectus: nudus dimissus est. Et in signum imperij à missi, ex homine iumentum nudum factum est. Cupit ergo videre diabolus hominem, ita semper nudum, & letari de eius nuditate, sicut olim lætatus est, si hoc verbo vti licet. Quartò, erat se-vus hic dæmon, & crudelissimus. Cupiebat ergo habere hominem semper nudum: vt eum facilius læderet, & lapidibus concideret hac enim ratione habitabat in montibus: vt inde facile præcipitaretur. & in sepulchris: vt pedore defunctorum facilius extingueretur.

Tertia consideratio: Cur dæmon nolebat dæmoniacum in domo sua habitare? Primò: dæmon ex propria domo relegatus, non patitur quemquam in sua domo habitare abiectus dæmon è cœlo in perpetuum fuit, nollet quemquã in sua domo gaudere. Secundo, quia in ciuitatibus res sacræ sunt, Est enim verbum Dei, quod prædicatur, sunt domus Dei in quibus colitur, frequenterque nomen Dei in populis inuocatur. At omnibus rebus diuinis vehementer dæmon offenditur, ideo populos fugit, deserta desiderat. Tertiò: Miser dæmoniacus in domo sua, à suis aliquod remedium inueniret. vel certè impediretur ne se læderet. Sæuus ille dæmon lædere liberius volens, ad desertum adduxit sicut Cain adduxit Habelem in desertum, ne ab aliquo vetaretur.

Quarta consideratio: Cur dæmon rumpit catenas, nec dæmoniacum ligatum patitur esse? Primum, quia superbus est, & ideo liberrimus esse cupit. Vnde conditio, & ingenium hominum impiorum est illud, decantatum in Psalmo: Disrumpamus vincula eorū, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Et illud quod Dominus exprobrat, à seculo confregisti iugum. Est igitur hominis impij: nulli velle subdi: sed vt liceat quod libeat. Contra vir pius subiectus est omni humanæ creaturæ propter Deum, sciens quod qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Secundò:

Cùm dæmoni sit paratus carcer perpetuus, & vincula æterna, (Petro dicente, quod Deus Angelis peccatibus nõ pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos) vbi dæmon videt vincula, & catenas: horret & fugit. sunt enim hæc suorum tormentorum similitudo. Tertiò, nullus domare dæmonem aut dæmoniacum potest. Vbi significatur obstinatio animi. Dæmonem siquidem, quia damnatus est, nemo domare, aut ad meliorem mentem reuocare potest. Et ad reuocandum dæmoniacum nulla humana virtus pertingit. Sola diuina virtus eò peruenit. Siquidem non est potestas, quæ dæmoni comparetur super terram.

Quintò considerandum occurrit, quare dæmones hi clamabant & Christum adiurabant per Deum: ne eos ante tempus torqueret? Et ante omnia vide lector, etiam dæmones audere adiurare Christum, per Deum viuum. Ita etiam adiurauit eundem Christum Caiphas, dicens: adiuro te per Deum: vt dicas nobis, si tu es Christus? Itaque nihil tam sanctum, quin dæmon eo abutatur. Et nihil item tam sanctum quin dæmonis ministri eo abuti possint. Vt enim transfigurant se, in Angelum lucis: ita assumunt sibi verba Dei, etiam contra Christum.

¶ Porro quod dicunt: Venisti ante tempus, torquere. admonet, non primo Christi iussu exisse dæmonem. Videlicet, quia arbor longo radicata tempore, non primo ictu deiicitur. Nec bene constructa turris, primo tormento diruitur. Vt igitur si dæmon longo tempore in nobis habitet, non aufugiet primo Christi verbo iussus. Iubebat enim Christus (licet non efficaciter) eum exire. Et ille respondebat: quid nobis, & tibi: vt expressè Marcus testatur.

¶ Etiam quod aiunt: se à Christo torqueri, ita intellige: Christus habet verbum, quod instrumentum est deitatis. Et ideo verbū illud à deitate vim accipit, & sanandi infirmos, & torquendi dæmones. Igitur verbo Christi affligebatur dæmon, velut igne cremante. Sed quod addunt: Venisti ante tempus torquere, arbitror hunc habere sensum. Sunt quædam peccata, quæ temporalis punitione ad certum tempus Deus castigat. vt manifestum est in peccatis: quæ ante vltimam internionem Iudæi commiserunt. Peccauerat igitur peccatū Gerasa, aut duo dæmoniaci illi propter quod à dæmone ad tempus puniebantur. Et quia tempus nondum erat finitum, ideo queruntur se ante præfinitum tempus ab officio puniendi priuari.

¶ Denique quod tanto nisu à Christo contendunt, ne in abyssum deiiciantur, causa fuit: quia gaudent (si modo gaudent) nobiscum pugnare, & colluctari. Ideo enim nomen habent, Legio. (Quod nomen militare est.) gaudent de nobis referre triumphum. gaudent de nostra miseria. Gaudent de Dei offensa. Gaudent de regni Dei diminutione. gaudent de sui regni cremeto. Quibus

2. Peri. 2.

Job. 42.

Math. 26.

1. Cori. 12.

Marci. 5.

Ierem. 25. 29.

Quibus gaudendi causis priuarentur in abyssum detrusi.

¶ At diceres cur petierunt mitti in porcos, & non potius in aues, aut pisces? Sanè quia amant immundiciam. Nec enim immeritò dicuntur spiritus immundi, Adeò degenerauit spūs ille prestātissimus.

Sexta consideratio: Cur Dominus rogatus, vt fineret in porcos ire, concessit statim, vt Marcus inquit? Cur igitur tam facilè tantum nocumentum fieri permisit? Hanc credo fuisse causam:

Leuiti. 17.

Porcos pascere erat Iudæis prohibitum. At Dñs facilè nocet, in his quæ cōtra eius leges possidemus. Siquidem tunc nocere, mederi est. Ita puniuit Deus Heli, in filiis suis: quos ille cōtra legem Dei fouerat. Puniuit Dauidem in filio: quem ex adultera Bethsabeæ sustulit. Punit ergo Gerasenos, in porcis: quos contra legem Dei possidebant. Secundò quia (vt modo dicebam) arbitror peccatū aliquod Gerasenos admisisse, cuius causa eius ciues dēmonio vexabantur, quod peccatum nondum erat satis punitū. porcorum verò nece, castigatio integra perfecta est. Et ideo tam facilè Dominus eam fieri permisit. Tertiò, quid miraris si vtitur Deus damno impiorum, in suā gloriam: quando etiam vsus est in eundem finem piissimi Iob, & puerorū innocentum detrimēto.

2 Regū. 4.

2. Regū. 12.

Septima cōsideratio: cur vniuersa ciuitas exiit rogatura I E S V M vt discederet à finibus suis. Christus beneficus, liberauerat tam calamitosos, à tanta miseria. tutas fecerat vias à dēmonum sequitia. dēmones abegerat ab ea ciuitate. Cur igitur ab ea relegatur? Si perierunt porci: ea culpa dēmonum fuerat: Quod si vnus, aut alter Christū eiiceret, ferendū erat, sed vniuersa ciuitas eicit. Et eicit non ab vna aut altera domo, sed ab vniuersis finibus regionis. Respondeo: si miraris quod exire rogatur: Ego miror, quod rogatur: & non potius expellitur. miror quod propter porcos, non placuit bella cum Christo gerere. Hoc enim est mundi ingenium, arma furentia rapere cōtra Christum bene merentem. Porrò Geraseni sciebant Christi munus esse dēmones eiicere: & crediderunt, nullum futurum porcū in tota regione: quin in eum Christus dēmones coniceret. Ne ergo temporalia amitterent, libenter cādunt æternis.

Luce. 20.

¶ At verò certum id sit, neminem sine aliqua temporalium iactura, Christum posse recipere. ecce, dicunt, nos reliquimus omnia: vt sequamur te. Et Paulus omnium detrimentum facit: vt Christum lucrifaciat. Quid? Si Christū vis, non modo porcos, sed & te es negaturus & oditurus. Ea presertim sunt tibi relinquenda, quæ cōtra legem Dei habes: vt sunt porci: quos Iudæis, habere non licebat. ¶ Igitur qui non restituūt quod malè possident, similes sunt Gerasenis, eiicientibus Christum, ne in temporalibus nocere pergat. ¶ Aduerte verò quod vniuersa ciuitas Christū eiicit. Quia pauci sunt qui suscipiūt, multi qui eiiciunt. vniuersa ciuitas Christū, vt crucifigeretur clamauit: pauci in sepulchro mortuum

Math. 19.

Philip. 3.

Luce. 9.

Iou. 18.

condiderunt. Multi ergo sunt vocati, sed pauci electi.

Math. 20.

Haftenus nos litera detinuit, sed si libet lector, audi nonnulla de moribus. Arbitror ego hoc loco, peccatores maximos, in maximam liberationis suæ spem erigi, & sustolli. Dæmoniachi hi feruissimi, peccatores desperatissimos, & in malorum profundo, peccatis multis obrutissimos significant. Igitur si hi liberati sunt, liberari se posse, desperati confidant. Age verò mecum expende, quam graphicè describatur à Mathæo, is qui est grandis peccator. Primum: erat inquit dæmoniacus, vel, erat homo in spiritu immundo. Profectò non est quod maiorem miseriam desideres, nam deficere ex regno Dei: & in ius & dittonem diaboli transire, summa miseria est. malum enim & amarum valde est, te reliquisse, Dominum Deum. Secundò erat nudus: Sanè, vir pius ornatus est monilibus: sicut sponsa, id est, ornatus est donis illis & virtutibus, quæ Christus ascendens in altum hominibus dedit. Cùm igitur peccauit miser, nudus his donis relinquitur. Is enim qui descendebat ex Hierusalem, à latronibus expoliatus est, nudus & semiuivus relictus. Sed ò miseriam, qui veste hac nuptiali nudatus est, conici debet in tenebras exteriores. Tertiò: Non manet domi, id est, inter domesticos fidei. inter eos qui sunt vnanimis in domo. demum inter pios & iustos, qui in nomine Christi congregantur: in quorum medio Christus est. Igitur, vt signum pij animi est, pios querere cum quibus conuiuat, ita impij est, piorum domum ac cetum fugere. Quartò habitat in monumentis. quandoquidem fœdus inierunt impij cum morte, & cum inferno faciunt pactum. Quod tunc fit, quando ipsum peccatum placet, Deusq; & eius cœlum contēnitur. fit scilicet cum impius in profundum peccatorum venit, quasi in monumento habitaturus. Quintò: Manet in desertis, id est, in locis inuis Deo, & sanctis. In locis videlicet, per quos nec Deus nec Angeli transierunt. Quod tunc fit, cum implicat se negociis secularibus: cum habet desideria multa & nociva: quæ mergunt homines in perditionem. Maxime verò desertum habitat, qui fidem negat aut in excommunicationem incidit. Sextò: Manet in montibus. dum querit sublimia, dum ambulat in magnis & mirabilibus super se. Demum cum querit dignitates, & honores: vnde non in cœlum ascendat, sed in infernum periculosius præcipitetur. Septimò ex Marco, hic dæmoniacus clamabat. At de Christo dicitur: Non clamabit: nec aliquis in plateis audiet vocem eius. Dauid verò conqueritur: quoniam tacui, inuenterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. clamat coram mundo, & tacet coram Deo. signum ergo dæmoniachi est: lites gerere, vbi clamoribus aduersariū obruat. Si gnum etiam est. clamosum esse in rixis & cōtentionib⁹. Siquidē silētiū est cultus iustitię. Octauò, cōcidebat se dæmoniac⁹ lapidib⁹

Jerem. 2.

Isaic. 61.

Ephes. 4.

Luce. 10.

Math. 22.

Psal. 67.

Math. 18.

Isaic. 28.

Prouer. 18.

1. Ad Ti. mot 6.

Psal. 130.

Marci. 9.

Isaic. 48.

Psal. 38.

Isaic. 32.

dib⁹

Exod. 11. dib⁹. qd' tūc fit, cū q's obstinationē addit obstina-
 Math. 4. tionis. Sicut Pharaō fecit. Peccata enim obstina-
 Exod. 4. tionis, lapides sunt: ex quibus volebat dēmon, vt
 Christus faceret panes. & forsan quod Iudæi se la-
 pidibus circūciderent, significabat eorum gene-
 rationem obstinatā suo seruatori futurā. Nonō:
 Non poterat catenis vinciri. Catenæ sunt Dei be-
 neficia erga nos. eius nimia charitas per Christi
 passionem exhibita. eius minē & terrores. De his
 enim dictum est: In funiculis Adam traham eos.
 Ofeg 11. Vbi miraculum est, infirmum dēmoniacum ca-
 tenas rumpere, quas sani rumpere nequirent. Ita
 planē: Pius rumpere non potest hęc Domini vin-
 cula: quę impius tam facillē frangit. Itaq; infirmi-
 tas est potentia ad rūpendū: pietas, & sanitas de-
 biles ad rūpendum constituit. Decimō: Nemo
 eum domare potest. Quid enim debuit Deus fa-
 cere, quod non iam ad domandū fecerit? Si hęc
 non domant, quid poterit domare? Querebat di-
 ues aliquē nūcium: q' veniret ad suos fratres ad-
 monēdos. Respondet ei Abrahā: Si tuos fratres:
 Luce. 16. verba Dei non domant, nullus domare poterit.
 At tunc erant sola Dei verba: nunc verō sunt ver-
 ba maiora, & facta meliora. quis eum domabit, q'
 ab his non domatur? Vndecimō: Tam est sēuus:
 vt per viam neminem transire sinat. Id facit de-
 speratus peccator: quando impedit viros bonos,
 ne boni sint: quando etiam iniquas contendit fa-
 cere vias Domini. de his dicitur: quę p̄fecisti de-
 struxerunt, iustus autem quid fecit? Et, abomi-
 nantur impij, eos qui recti sunt: Habent enim hi
 Prouer. 29. odio Christum, & patrē eius gratis. ¶ Expendat
 Ioan. 15. nunc quiuis an aliqua harum conditionum sibi
 conueniat: vt intelligat, si dēmoniacus est. Et an
 ab eis sit alienus: vt sentiat se à diabolo extor-
 re.
Porro etiam si dēmoniacus sēuissimus sis:
 qualē depinximus, en tibi venit Chri-
 stus, te sanaturus. At clamat dēmoniacus: quid
 tibi, & nobis est fili Dei? Et sanē verū dicitur: nihil
 enim habet caro, cum spiritu: prudētia carnis, cū
 sapientia Dei. Spiritus rectus, & principalis, &
 mundus: cum spiritu recuruo, ab annis decem &
 octo, cum spiritu erroris & immundo. Rursum
 verbum illud: quid tibi, & nobis: planē hominem
 indicat de se desperatē: crimina sua letalia ag-
 noscētē, & ideo clamātē: nihil in me habes.
 Maior est iniquitas mea, quā vt veniam merear
 dignum inferno me profiteor. Ideo neme antē
 tempus torqueas. quasi dicat, nunc permittite me
 peccare: iam post mortem in inferno torquebis.
 ¶ Gloria verō sit Christo: qui venit ante tempus
 torque: ne in tremendo die, imo in eternitate
 torqueamur. Verē adiutor in oportunitatib⁹ est.
 qui hīc nos torquet: vt in eternū conregnemus.
 Sanē in hoc tēpore torquet iustos Dominus: vt
 psal. 9. mitiget eis à dieb⁹ malis. Imō & iniustos vult tri-
 stitia, & cōtritione torqueri, vt eis peccata dimit-
 tat. Vt taceat Lutherus, qui vult peccatores dē-
 moniacos sine dolore, & tortura à peccatis libe-
 rari. imo verō torquentur, vt clament: & clamāt,
 psal. 93.

vt indulgentiam inueniant. Et planē dignum est
 torqueri, si non alia causa, certē hac: quia tanto
 tēpore non Dei, sed diaboli possessio fuisti. ¶ Sed
 vide, torquetur diabol⁹, & dēmoniacus, hic quia
 verbum Dei cōtempnit: ille, quia suam possessio-
 nem, suumq; atriū fortis armatus amittit. Et quia
 in throno regio, id est, ad dexterā Dei in cœlesti-
 bus in Christo sedere videt, eū quē in sepulchris
 latitare eatenus coegerat. ¶ Non verō libet dis-
 scedere ex hoc loco: ante q' illud addam: Venisti
 inquit ante tempus torque. verbū illud referri
 potest ad dēmonem, & ad dēmoniacum. Si ad dē-
 monē duplex est sensus. Prior. Ate, o fili Dei, tor-
 quendus sum, & expoliādus in tempore passio-
 nis tuę, Cur ante illud tēpus me torques. In cru-
 ce enim expoliāuit Christus principatus. & pote-
 states. &c. Alter sensus: A te post diem iudicij tor-
 quebimur, cur nos prius eo vnico gaudio: quod
 habemus, dum non sumus in abyfso. libertate sci-
 licet, & quod non sumus in catenis. ¶ Si ad dē-
 moniacum referatur, Sensus est: Volebā ego tē-
 pus hoc me iuuentē, & florentioris etatis coro-
 nari rosis: & nullum esse pratum, quod non mea
 pertrāsiret luxuria. Tormentū verō pœnitentię
 seruabam, ad senectā: vël vsq; ad mortē. Tu ve-
 rō venis ante tempus à me definitum, torque
 me doloribus pœnitentię. Venis igitur ante tem-
 pus torque. quia caro nullum putat esse pœni-
 tentię tempus, nisi quando tempus non est.

Mitte nos in porcos. Hinc mihi colligere vi-
 deor, sicut nullus gratiā amittit: quin
 ferē alius eam recipiat: ita dēmon si ab vno eiicitur,
 in alium mittitur. Dicit Deus: Tene quod ha-
 bes: ne alius accipiat coronam tuam. igitur quā
 vnus p̄dit, alius accipit. Ita si ex vno dēmonē eiicitur,
 in aliū insilire p̄mittitur. Queris in quē? certē
 in pascentes porcos. Igitur paratus dēmoni est: q'
 indulget nimium cibo, potui, veneri. Vē. n. vobis
 qui nunc saturi estis, vē vobis q' ducitis in bonis
 dies vestros. Vē vobis qui epulamini quotidie
 splendide: induti byfso, & purpura. Cauete, quia
 ruitis magno impetu in p̄cipitium. Quid enim
 aliud est, tantos sumptus facere ad edendum, bi-
 bendum: quā magno impetu in p̄cipitium ruerē?
 Vt enim pij magno feruore, & impetu, auocāt
 se à carnalibus rebus, id est, ab occasione caden-
 di: ita vos magno impetu ad carnalia, id est, ad
 ruinam properatis. ¶ O verō miserum spectaculum:
 pro duobus dēmoniacis liberatis: magnum
 gregem porcorū p̄cipitatum. An non sat esset,
 duos porcos periisse? At planē intelligis multos
 esse vocatos: sed paucos electos. qui enim à dē-
 mone liberantur, sunt sicut botri, ex vindemia re-
 manentes. Cū totam vindemiam diabolus au-
 ferat. Sunt etiam sicut oliuę: quę vbi excussa est
 arbor, manēt in cacumine arboris. ¶ Sed si triste
 spectaculum est porcorū amissio: pulcherrimum
 est, dēmoniacus liber, ad pedes I E S V sedens.
 Sedet ad pedes, vt cū Maria audiat verbum Dei.
 Sedet ad pedes: vt ex eis vnguentum colligat.

Siquidem

Luce. 11.
Ephes. 2.

Coloss. 2.

Sapient. 5.

Apocal. 3.

Luce. 6.
Iob. 21.

Luce. 16.

Math. 20. 28.
Mich. 7.
Isa. 24.

Luce 10.

Pfal. 132. Siquidem vnguentum in capite Aarō, descēdit in barbā, & in oram vestimenti eius, id est ad pedes. Sedet ad pedes vt ostendat, non se altiore loco dignū, reputare. Sedet ad pedes, quia post quā liberaris à dēmonē, nihil est in Christo tam vile: quin tu venereris, & adores. Tam enim tibi est pretiosus, is qui te liberavit, vt corrigiam sui calceamenti, nō videaris soluere dignus. Sedet ad pedes: vt ibi humiliatus dignus sit exaltari. nam qui se humiliat, exaltabitur. Sedet ibi tunc ad pedes, qui collocandus est in brachijs, imò & super humeros. Velut fecit pastor ille, qui amissam inuenit ouem. Hactenus dictū mihi de moribus est. Precatum te cupio lector curiose animum appellas ad ea quæ mihi in mentem venerunt, forsan legisse non penitebit.

Máth. 3. Arbitror ego hos duos dēmoniacos à Christo liberatos: populos fuisse gentium, & Iudæorū, & quia præcipue gentes liberatę sunt, ideo de eis speciatim mētio fuit Marco, & Luce. Eiecti igitur dēmones in primitiua Ecclesia ex gentibus & Iudæis, rogauerūt Christū in porcos mitti. Hos porcos certissimē credo fuisse Mahumetanos, in quos dēmones insilierunt. Quòd verò magno impetu ferātur in mare, plus video, quā vellē. Video enim eos in infernum tendere. Sed magno strepitu, magno nisu, & magna copia. Totus enim mundus eorum strepitu plenus est. Quòd si per mare orbem accipias planū est eos contra orbem magno impetu pugnare. Sed tandem ab orbe sunt occidendi, quando fiet vnum ouile & vnus pastor, Christo gloria amen.

Ioan. 10.

CAPVT IX.

Et ascēdens Iesus in nauiculā.



RIBVS MODIS hystoriam hanc explicare cupio: vbi prius circa literam duo annotaui. Primum, quòd hi portatores paralytici, nihil veriti sunt, tectum alienę domus fodere: damnūq; proximo inferre: dū modo suum sanarēt infirmum. Imò nec timuerunt, num forsan sua illa audacia animum Domini (qui subter erat) offenderet. Tanta est profligadę infirmitatis cupiditas. Docuerunt nos tamen: proximo esse subueniendū, cum extremē patitur: etiam cum proximi non graui nocumento. Non enim graue admodum damnū erat, tectum aperire. Secundo nota. Vsq; ad Christum, non fuisse in terra potestatē causatiuam remissionis peccatorū. Siquidē vetera sacramenta non causabant gratiam: & ideo nec causabant remissionē peccatorū. Primus ergo cui hęc potestas debetur, Christus est. Qui quā

Cōcilio. florenti. sub Eugc. 4.

ipse habuit principalem, suis discipulis cōmunicauit, ministerialem. Habet igitur Ecclesia huiusmodi facultatem: sed quam accepit à Christo. Tertio nota illud verbū, fili, remittuntur tibi peccata. Primum dicit fili, mox subdit, remittuntur tibi peccata. Vt intelligas, verum esse dictum Domini: nō vos me elegistis: sed ego elegi vos. Ex electione, prædestinati dicuntur filij: ex qua deinde prouenit remissio peccatorum. Quarto ibidem nota. Illud verbū remittuntur tibi peccata: primū valere idem, ac si diceret: Parata est tibi remissio peccatorū: suscipe eam si libet. Rursum, sensum hunc habet: fili, ego in te remissionem peccatorum efficio, id est. Ego te iustum facio: & quia ad remissionē requirebatur fides, ideo dicens Dominus, confide fili: simul fecit in infirmo fidem: eodem infirmo consentiente. Hactenus litera.

¶ Prima quæ se offert explicatio hæc est: Hic paralyticus est genus humanum: quòd ex peccato Ade, paralytin contraxit: non obedientibus viribus nostris imperio rationis. Hic infirmus, charus erat omnibus viris sanctis: qui Christum præcesserunt. Siquidem vehementissima charitate, eius curationem optabant. Rectē igitur, iacebat genus hominum, in charitate sanctorum: velut in lecto vbi portabatur. Si enim Deus dicit: Audite me, qui portamini ab vtero meo: qui gestamini à mea vulua: vsq; ad senectam ego ipse, & vsq; ad canos ipse portabo. hanc verò suam Deus charitatem in sanctos illos antiquos transfundebat. Igitur, sicut Deus ferebat in visceribus suę charitatis infirmum hominum genus: ita ferebat & sancti. Igitur baiuli generis nostri, sancti illi fuerunt. Cum verò hi nossent Christum venisse in domum, id est in carnem suam statim ab eo contendebāt, sui infirmi sanitatē. Porrò quia non sat erat ad salutē hominum, Christum audire loquentē (multa enim turba audit Christū, sed non multa sanatur.) Ideo Christi domum, id est carnem perfodiūt. Vt per foramē infirmus ingrediatur & sanetur. ¶ Durē lector accipis quòd sancti perfoderint, & vulnerarint carnem Christi: quā eius diuinitas tegebatur. Siquidem impij gentiles, carnem illam sacram, tectū deitatis, vulnerauerunt. Sed nihil est quòd id dici verearis: vt enim Pater tradidit morti, & vulneribus Christum: & ipse se Christus vulnerandum tradidit: ita sanctorum patrū amor & charitas Christum tradidit vulneribus. Nec enim impij possent Christum vulnerasse: nisi sanctorū patrum charitas, eum ad vulnera adgisset. Viderunt inquit quem transfixerunt, & plangent eum planctu. Igitur hi ipsi qui transfixerunt, planxerunt, at impij non planxerunt, sed pij: ergo piorum desiderium Christum transfixit. Quòd apertius statim dicitur: his plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant. Ac si diceret, has plagas mihi mei amici fecerunt. Amor quem in illis conspicebam, vulneribus me, & cruci

Ioan. 15.

Isaic. 46.

Ioan. 19.

vide sanct. Thomās. 3. part. 9. 47. art. 1. & 3. Romā. 8. Isaic. 53.

Zacha. 12.

Ad Rom. 5. cruci subiecit. Per foramē verò lateris Christi ingressi omnes sumus. Et ibi perfidem accessum habuimus in gratiam istam, vt iusti essemus. Incirco enim dicitur, confide fili. Quia perfidem accessus est ad iustificationē: sine qua impossibile est placere Deo. Nec ociose hi portitores generis nostri, dicuntur quatuor. Siquidē nec immeritò Patriarchę ex quibus est Christus secundum carnem solum quadraginta à Mathęo numerantur. Quia quatuor, numerus est laboris, & infirmitatis. Porrò post iustificatum infirmum oblatrāt Iudęi: quasi Christus esset blasphemus. Id ipsum & nunc oblatrant. At Dominus iubet nos lectum nostrum tollere: id est charitatē patrum nostrorum imitari.

Math. 1. Quòd si forsan non intelligis quomodo introiimus, per apertum Christi foramen, & vulnus: id ita accipe. Non potuisse nos membra corporis Christi esse: nec ab eo perfectè diligi, nisi merito vulnerum illorum.

Secunda Explicatio occurrit luculentior. Christus abiit in cælum post ascensionem: velut in suam ciuitatem. Erat enim ipse de cælo: sicut Adam erat de terra. Porrò qui infirmum portant, **Prelati** sunt, & qui populi curā gerunt. Hi enim non solum in lecto, sed & in vlnis, & humeris subiectum sibi populum ferrè iubentur. Dicente Domino. Ecce leuabo ad gētes manum meam, & ad populos signum meum: & afferent filios tuos in vlnis: & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutricij tui, & reginę nutritię tuę. Igitur sacerdotes portant oues suas in vlnis, & reges sunt earum nutrices. Erit ergo sacerdotum, & regum munus, cælum in fodere: precibus, clamoribus, meritis, & exemplis domum cœlestem aperire. Dictum est enim, Regnum cœlorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vim igitur inferant **Prelati** cœlestibus tectis. vt infirmas oues, ante Christi oculos statuunt. Nec statuunt solum, sed suis meritis à Christo iustificationem ouium impetrent. Vt Christus, videlicet, videns **Prelatorū** fidem, infirmis fidem viuam infundat: quā ab infirmitate surgere possint. Signum verò sanati infirmi erit, si lectum suum portet. Lectum est quies infirmi: est igitur charitas & amor in infirmos, & iacentes. Cum igitur lectum habes & amorem: vbi quiescunt infirmi, sanum te esse confide. Nota quòd lectus & amor non tibi iā sano dicatur: sed infirmis, sanctus enim sibi est durus: alijs pius. Quòd si te, tui in cælum non subuehunt **Prelati**: en ad manum sunt portitores, qui eò te ferant. Tua enim desideria, tuę orationes, & clamores, infirmū te coram Deo statuere possunt, hi sunt qui tectum cœli perodiunt. Dictum enim est, oratio humiliantis se penetrat nubes: non has aëreas, sed cœlestes.

Tertia Explicatio est. Christus veniens in mundum, in suam ciuitatem venit: dicit enim Ioannes, in propria venit. Nascens

verò ex Iudęis, & factus sub lege, in domo Iudaismi consistebat. Est enim Christus ex semine Dauid secundum carnem. Habes Christum in domo Iudaica.

¶ Porrò is ipse Christus (quatenus Adam nouus) ferebat nos infirmos. Sicut enim infœlici forte, Adam terrenus nos carnaliter tulit: ita fœlicissima sorte Adam nos cœlestis spiritualiter portauit. Vt enim in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo oēs viuificabuntur. Igitur paralyticum Christus ferebat in corde, in vlnis, & in humeris.

¶ Sed fieri non poterat: vt Iudaismo integro sanaretur infirmus. Lex enim neminem tulit ad perfectum: & ex operibus legis non iustificamur. Impossibile enim est sanguine vitulorum aut taurorum peccata mundari. Rumpat igitur Christus legem: rumpat & Iudaismū. Cessent legalia, vt paralyticus sanetur. Ita planè factum est. Cum enim rupta fuit in cruce Christi caro, clamauit ille, consumatum est. Tunc tectū Iudaicę domus diruptum est: in cuius signum velum templi discinditur.

¶ Quia verò Christi carne discisa, discisoq; velamine templi, Iudaismi tectum ruptum est, & simul etiam tectum cœli apertum est: & introitus sanctorum patet: planè fit, vt omnes nos infirmi iam simus coram oculis Dei. Per Christi siquidem merita, qui eramus longè, facti iam sumus prope: coram Deo scilicet.

¶ Porrò quia merita Christi adduxerunt nos coram Deo, ideo ab ipso audimus: Confide fili, remittuntur tibi peccata, id est, tuorum peccatorum remissio iam per Christum facta est. Is ipse qui tectum aperuit, peccatorum remissionem meruit. Nihil aliud superest, nisi quòd tu viuide confidas: vt saneris, & iustificeris.

¶ Sed ò quanto labore Christus tectum aperuit! ò quanto sudore nos supra legem tulit! Sanè non nisi sudore sanguinis, & tectum apertum est, & nos sursum sublatis, & coram oculis Dei positi. O verò quantum est ingratitude, si paralyticus coram Deo constitutus, Dei sanitatem gratis oblatam respuat, & contemnat. ¶ Audiant tamen qui sanari cupiunt: quid facturi sint. Surge inquit, tolle grabatum, vade in domum. Surge inquit, ne facito quę fecisti: ne inquam iaceas vbi iacuisti, tolle grabatum, id est carnem tuam ne ad terram coniungi permittas. Vade in domum, quę sursum sunt quęrite: non quę super terram.

Quartam Explicationem audire ne pigeat. Venit Christus in suam ciuitatem, id est in mundum, qui ciuitas Dei est, licet eius ciues oderant eum. Porrò intrauit in domum, id est in ecclesiam. In qua vt Lucas ait, sedet Dominus docens: siquidem extra ecclesiam, non est salutis doctrina. Habet hæc domus Dei tectum suum, id est has exteriores cęremonias: quę tam sunt necessarię ecclesię, quàm

Roma. 1.

1. Cor. 15.

Hebr. 10.

Galat. 2.
Hebr. 10.

Luce. 23.

Hebr. 10.

Ephes. 2.

Coloss. 3.

Luce. 19.

Luce. 2.

quàm est tectum domui, & corpus anime, & fo-
lia fructibus. Hęc enim omnia iniurijs paterent,
nisi suis velaminibus contegerentur.

¶ Ad ianuam huius domus, siue ecclesię: multa
turba est: tum infidelium, tum etiam eorum fi-
delium, qui ad spiritum gustandum (qui interi-
us est) nondum intrauerunt. Fœlix enim illa
est anima, quàm sponsus Christus introduxit
in cellam vinariam: quę non ad ianuam est, sed
intra domũ. At quia angusta porta est, ideo tur-
ba non intrat. ¶ Et quidem turba non modo
non intrat, sed impedimento est infirmis ne in-
trent, & salutem accipiant. Multi siquidem, tur-
bæ dissolutam & laxam vitam videntes: occa-
sionem accipiunt non intrandi ad Christum: ad
quem introissent, si omnes introeũtes vidissent.

¶ Quid igitur remediũ vt sanetur infirmus? Re-
medium esset si prædicatores, quorum curę de-
mandatur infirmus, iam supra tectum ascen-
dissent, cœloq; proximi essent. Tunc aperirent
sacras cęremonias: docentes non sat esse turbis,
si exteriori conuersatione Christiani sint: nisi
ad spiritum veniant. Planè hæc exteriora oportuit
facere: sed illa interiora non omittere.

¶ Video labor magnus est, tectum ascendisse,
maior verò, in tectum infirmos subleuasse.
At non immeritò dicit Christus. Quorum fi-
dem vt vidit, dixit, confide. O vtinam tam ef-
ficacem, perfectam, & integram haberent præ-
dicatores fidem: vt eam Christus aspiciens, di-
ligens, & probans, diceret populo, confide.

¶ Porro si per gratiam Dei aliquis infirmus sanetur,
sciat se passurum contradictionem: non à turbis,
sed à scribis: qui cum illo etiam ex scri-
pturis, contendunt nondum ei remissa peccata.
Speret tamen: is ipse qui remisit, fauebit.

Libet Hoc vnicum percontari. Quid fuit
Christo facilius, dicere remittuntur tibi
peccata: an dicere, surge & ambula? Sanè si
expendas Dei amorem, gaudium in conuersio-
ne peccatoris, sanguinis pretiosi communica-
tionem, & pretium, quo plus estimat Deus ani-
mam, quàm corpus: multo facilius dicit Chri-
stus, dimittuntur tibi peccata. At si expendas
quòd peccata dolore animi sui, deleuit Christus:
paralytin verò plagis sui corporis sanauit, vt
supra dixi, difficillimum fuit dicere, dimittun-
tur tibi peccata. Quę non dimittebantur, nisi
quia Christus se adstringebat, magno ea ani-
mi sui dolore deleturum.

Et cum transisset.

DVobis modis explicanda hęc mihi historia
est. Primum Mathęus erat ex populo Dei:
erat enim fidelis. Alioqui cum gentili Christus
non manducasset. Vt Petrus ad Cornelium di-
cit. At hic Mathęus fidelis à fideli populo re-
quirebat vectigalia: vt infideli principi. f. Cęsa-

ri pendèret. Cęsari. f. qui princeps erat mundi.

¶ Certum verò est diabolum esse principem hu-
ius mundi. Ex Domini testimonio dicente, ve-
nit princeps mundi huius, & in me non habet
quicquam: Et Paulus vocat diabolum princi-
pem potestatis aëris huius, & harum tenebrarũ.
Hic princeps ab omnibus etiam fidelibus tribu-
tum exigit: quæ nostra miseria est. Sanè si non
peccaremus: tributum, ille non acciperet. Sed
non est homo, qui non peccet: Imò septies in die
cadit iustus, qui si dixerit quòd peccatum non
habet, ipse se se ducit. Peccata igitur sunt vecti-
galia: quę hic princeps à nobis accipit: sicut &
bona opera, Deus.

¶ O verò nefas? non solum princeps hic tributa
à nobis ipse colligit: sed etiam publicanos ha-
bet, suorum vectigalium collectores. Et si hos
haberet infideles, nihil mirum. Nihil enim mi-
rum si tyranni illi antiqui, ministri diaboli, con-
tenderent cum Christianis: vt Christum nega-
rent, eumq; offenderent: vt ita peccatum Chri-
stianorum demoni penderetur. At quòd sint fi-
deles, qui à fidelibus peccata colligant, id est
eos ad peccandum inducant: id verò grauissi-
mum scœlus est. Igitur publicanus est, qui a-
lios cogit, sollicitat, suadet, mouet ad peccan-
dum. Pater qui filias prostituit: Herus qui an-
cillas violat: Iuuenis qui virginem sollicitat:
Inimicus qui vt de inimico vindictam accipiat,
scœleris sibi conciliat fautores. Demum qui fu-
rore satanico accensus, quęrit quos à deuotio-
ne, ad vitam secularem prouocet: hi omnes pu-
blicani diaboli sunt. Horum personam gessit
Mathęus.

¶ At in eo quod dicit, se ad telonium
sedisse, grauius scœlus indicatur. Constat
enim vel leuiter erudito: tres esse in peccato
gradus. f. ire, stare, sedere. Qui significati sunt
à Dauide, cum dixit. Beatus vir qui non abiit
in consilio impiorum, & in via peccatorũ, non
stetit: & in cathedra pestilentię non sedit. Mife-
rum est in peccatum ire, miserius in peccato sta-
re, miserimum sedere. Si ergo miserimum est
in peccato sedere: quid erit sedere in summo
peccato (quale publicanorum diaboli est?) oc-
cidere animam tuam malum est: munus occi-
dendi animas habere grauissimum est. In hoc
officio gaudere & velut sedere, quantum est
nefas? Videant igitur principes seculares, vi-
deant & qui animarum curam habent: si suo
malo exemplo publicani demonis sunt, ad eius
telonium sedentes. Iam enim aperui in quàm
horrendo sint statu.

¶ Sed non est adeò horrendus languor, quem
non præcidat medicus noster. Nullus est tam
miser Mathęus: quem (si videat Christus) non
sanet. Mirum verò est, quòd amantes oculos,
Christus in insignem peccatorem conijciat.
Summa gratia est, in tam fœtidum infernum
respicere. Sed quæ non gratia, à gratiæ fonte
speranda sit? Voca igitur me, & ego respon-
debo

Canti. 2.
Math. 7.

Math. 23.

Ioan. 12. 34

Ephes. 2.

Eccl. 7.

puerbi. 24.

1. Ioan. 2.

Psal. 1.

Acto. 10.

debo tibi: & tu operi manuum tuarum porriges dextram. Vt enim ea quæ non sunt, cum à Deo vocantur, respōdent: ecce ad sumus: ita mortui in delictis & peccatis, efficaciter vocanti Deo ad nouam vitam, statim respondent. Fiunt enim noua creatura. Sanè si Iulianus Augustus, hac efficaci uocatione à Deo vocatus esset, respondisset: nec leuitatis reprehendisset Mathæum qui vocatus respondit: Sed animalis homo nõ percepit, quæ Dei sunt. Potest sanè vocatus à Deo, sic vocantem non sequi. Sed certò sequetur. Si vocatur Lazarus, exibat à monumento. Si vocatur Paulus, respondebit, Domine quid me vis facere. Planè liberè sequutus est Christum Mathæus, liberè etiã Paulus: sed ita vterque liberè, vt etiam certò. Ita enim Deus in uocatione seruat arbitrij iura: vt nec libertatem auferat arbitrij, nec vocans à uocatione frustretur. Eleganter Aristoteles, omnia rei sibi cognatę insitum desiderium habent. Cum ergo efficax illa uocatio Dei, uocatum faciat diuinum: facit etiam sequacem rerum diuinarum. Quid verò diuinius Christo uocante? Vocatus ergo Mathæus sequitur. Nec modo sequitur: sed grande, suo uocanti conuiuium facit. Cui tamen intersunt alij publicani conuiuę. Imò verò ea ratione grande conuiuium fuit, quia fuerè publicani conuiuę. Nullum cibum lautiozem Christo appones, quàm publicanos: si conuertantur. Famescebat Christus, cum in prædio Samarię sedebat super fontem, ad ferunt ei cibos discipuli, renuit ille. Cur ieiunus cibum rejicit? quia satur erat, ex lautissimo conuiuium: Ait enim, vos comedite: meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris. Est autem Patris voluntas publicanorum, & meretricum sanctificatio. Horum igitur animas edere conuiuium grande Christi est. Nam Petro dicitur, occide & manduca, ille verò videns viperas & scorpios (videlicet publicanos & meretrices) cibum rejicit. Sed Domini mandato intelligit: quàm esset epulum generosum: si publicanus munus suum dimittat: vt sic muneri mortuus, à Petro manducetur. Sanè sicut nobis ditissimum conuiuium est Christus, in Eucharistia: ita & nos Christo nobile sumus conuiuium, si peccata dimittamus.

¶ Vide verò: si Dominus moriens, gaudet esse inter latrones: vt vel vnum, in fame sua, & siti manducet: quanto potius gaudebit esse inter publicanos: vt plures ex eis manducet. Hoc est illi conuiuium pinguium medullatorum, de hoc conuiuium dicitur: manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terrę. Pingues & diuites erant publicani: manducant cum Christo: ideo adorant Christum, & manducantur à Christo. ¶ Porro gaudeti Christo, quòd non vnum prodigum filium: sed multos reciperet: perstrepunt pharisęi. Ah nullum est opus Christi, cui non obgiant scribæ? Cir-

cuunt scribæ mare, & aridam: vt vnum faciãt profelytum. Christus vno conuiuium multos facit: & inuidet illi. Auertat à nobis Dominus pharisaicum spiritum: ne cum videmus aliquẽ, ad sanctimoniam vocari, statim eius conuiuium amare respargamus.

Respōdet verò Dominus. *Non est opus valentibus medico.* Id est, non veni ego medicus, hos valentes, & sanos vocare. O rem vehementissimè timendam: valentes scribæ & pharisęi, literis & lege turgentes, sanctitatis specie beati, hi non vocantur à Christo. Cur tandem? quia adeò sanctos se esse existimant, adeò putant se sibi sufficere: vt iustitię Dei non sint subiecti. Quàm paucos ex his videas spiritu feruentes, orationi instantes, necessitatibus aliorum comunicantes. Addit Dominus rem vehementer lætissimam: *SED, male habentibus.* Vbi percontor, cur Dominus, tam lubenter, inter malè habentes versatur? Cur tympanum & simphonia in prodigi inuentione paratur? Cur conuiuium est, cū Magdalena reparatur? Cur adeò gaudet cum perditam ouem & drachmam reperit? Cur plus gaudet de vna ouicula inuenta: quàm de nonaginta nouẽ, quę non egerunt medico? Sanè gaudium magnum esse debet, cum Deus nouum condit mundum: imò cum velut nouum quendam condit Deum. Quid enim aliud est vir, ex iniquo factus iustus: quàm noua creatura, nouus mundus, & velut nouus Deus? Gaudium est Christo peccatum destruere: miserum è tanta miseria eripere: diabolum victorem deicere: regnum inferni labefactare. Gaudium est quòd natus sit Christo filius, & frater: cui Christus opes, & regnum comunicet. Gaudium deniq; est, quòd diuina bonitas, patientia, & longanimitas adeò splendeat: vt dignum cœli regno efficiat, eum, qui in æternum erat inferno dicatus. ¶ Et hic est sensus acutus eius loci. *MISERECORDIAM Volo.* Hanc. s. quàm tantus peccator, qualis Mathęus, in tantum euaderet Christi regni consortem. Sacrificium verò sine hac misericordia, id est, sine animo charitate pleno renuit Dominus. Præcessit lex & status sacrificiorum, successit lex misericordię. Lex nostra lex gratiæ est, & misericordię. Igitur non vult Deus pharisęos qui ad legem sacrificiorum spectabant: sed Mathęos qui ex lege misericordię erant. Subindicat ergo Dominus Pharisęis, iam legem eorum abrogari: nouamq; succedere.

Secundo Explicari potest hæc hystoria, de quouis nostrum, id est, eorum qui in via Dei, se credunt ambulare: cupientes Deum mortali crimine nulla ratione exaspere: at nihilominus publicani sunt: mundo, & carni, & diabolo, tributa soluentes: idque ex populo Dei. Populus Dei sunt intellectus, voluntas, memoria, viresq; hominis pij. Quòd si pius homo (qui mortalia crimina cauet) ex

Math. 23.

Rom. 10.

Roma. 12.

Luce 15.

Luce. 7.

Luce 15.

Galat. 6.

Psal. 82.

H

alia

alia parte honoribus, diuitijs, & delicijs acquirendis incumbit: apertum est, quàm cogat intellectum de vanis hisce cogitare: memoriam tractare: viresq; omnes querere terrena illa, quæ cupit. Id verò an non est stipem à populo Dei exigere: vt demoni soluas? O quàm erit grande Christi opus, si ex hac mensa negocia mundi per strepenti: si ex hac sessione tepida, surgas: & relictis omnibus sequaris vnice Christum.

¶ Tunc verè fit in tua anima conuiuium: cum te tuaq; omnia Deo tribuis in cibum: tunc erit lætitia grandis in corde: cum omnia interiora tua dicent: Domine quis similis tibi? eripiens pauperem de manu fortiorum eius: & ex vsuris, & iniquitate, redimens animam. Tunc igitur, comedet Christus ex tota mente tua, ex tota anima tua, ex tota memoria tua, & ex totis viribus tuis: quæ omnia prius mundo tributa pendeant.

¶ Adduces etiam tecum alios publicanos. Nullus enim, adeò viuide, & efficaciter, peccatores ad Christum adducit: quàm is qui totus se Deo resignauit, & cum quo Christus conuiuia est. Reliqui prædicatores loquuntur mysteria Euangelij, ex auditu, & lectiõe librorum: at qui Christo in suo corde parauit conuiuium, loqui videtur experta: & quæ velut contrectauit de verbo vitæ, adducit igitur Christo Mathæus publicanos. ¶ Non de sunt tamen Phariseorum obrectationes. Sunt equidem tot charismata, & dona: quibus Christus conuiuam suum replet: sunt tot reuelationes quibus eius intellectum illustrat: tot ignes quibus eius affectum inflamat: tot deliciae quibus eius gustum oblectat: vt cum tanta dona Theologissimi quidam, in viro simplici (Christi tamen conuiuia) sentiunt, velut obmurmurant: cur illa dona vilibus hominibus communicarit Christus: non verò sapientibus, de sua sapientia turgentibus? At qui Deus, hoc est ingenio: vt cum simplicibus fit fermocinatio eius. Sapientiam verò sapientum, & prudentiam prudentum superbiorum reprobet. Qui enim vult sapiens esse inter vos, inquit Paulus, stultus fiat: vt sit sapiens. Alioqui Christus Patrem suum confitetur quòd absconderit conuiuia sua, à sapientibus, & prudentibus: reuelaritque ea paruulis. Venite inquit ad me (non sapientes & prudentes) sed qui laboratis & onerati estis. Hi enim onerati, & laborantes opus habent medico: non verò valentes illi: quamuis sapientissimi & prudentissimi.

¶ Vbi precor te lector aduerte. Solet Christus suis paruulis tam admirabile lumen infundere: vt illa claritate videant maculas suas, infirmitates, & defectus. Quos vbi vident, ardentibus votis, se Christo sanandos offerunt. Et vt illi ardentem sanitatem cupiunt: ita Christus efficaciter impartitur: & cum sanis iam amicè iucundissimeque versatur. Reliqui verò lucem illam cœlestem non habentes, (vt

qui tepidè viuant) suos non agnoscunt languores. Nec enim habent lucem: quâ suum cor prauum, & vix cum luce scrutabile scrutentur: ideo sanos se credunt. Quia quos habent languores non vident: atque propterea Christum non aduocant: vt languoribus medeatur. Hoc est quod Dominus ait: non habent hi opus medico, sed illi. Quo enim quis saniores se reputant, infirmior est: & quo infirmiores se videt, sanitati vicinior est.

¶ Addit Dominus *miserencordiam volo*. Vnde illa mihi regula inferri videtur. Nullum est opus Christo gratius, quàm occasiones querere, quibus animas Deo venèris. Hanc misericordiam hîc commendat, conuiujs etiam interesse: vt inde publicanos è peccatis ad sanctimoniam traducas. Munus ergo Christi fuit: quauis occasione animas Deo dicare.

¶ Rursum quòd ait, misericordiam volo, videtur mihi eundem habere sensum, cum illo verbo Pauli: In dilectione proximi tota lex instauratur, & comprehenditur. Idem ergo est misericordia: quam Deus vult, & amor proximi, sine quo reliqua despiciuntur.

¶ Rursum collige, eos qui Christo recens adherent, ferendos esse non obiurgandos. Hactenus.

Tunc accesserunt ad eum.

LICET sancti locum hunc sanctè explicarent: dubius adhuc videri alicui poterit. Primum enim: Si ipse sponsus ieiunat, cur & filij sponsi, ipsum imitantes, non ieiunent? At Christus ieiunauit quadraginta diebus & noctibus. Secundo. Sponsus nunquam est à nobis auferendus: manet siquidem in Sacramento. Et qui sponsum per peccatum amittit, ille ieiunare non curat. Si verò conuertitur ad sponsum, iam eum habet: cur ergo ieiunet? Tertio nos sumus sponsi filij, & per eius gratiam fratres: cur ergo nobis ieiunium indicit Ecclesia? Quarto, Planè Apostoli vtres erant veteres, & tamen spiritus eis commissus est nouus. Quinto. Imò videtur congruentissimum, committere ieiunium homini veteri, vt renouetur. Sexto, & quidem non videtur congruum ieiunium homini nouo. Cur enim innocentem & iustum affligas? Septimò. Igitur malè facit ecclesia, promiscuè committens ieiunium nouis, & veteribus hominibus.

¶ In re hac grauissima notandum est. Longè diuersum fuisse ieiunium priscis illis patribus, quàm nobis. Illi cum ieiunabant: exterminabant facies, saccis se induebant: puluere caput spargebant. Iuxta illud, olim in cilicio & cinere pœnitentiam, id est, ieiunium egissent. Vide Iudith. 8. Ioelis. 2. Ione. 3. fiebat igitur hoc ieiunium, à Iudeis in fletu, & planctu exteriori, significantibus amaritudinem interiorem.

Psal. 34.
Psal. 74.

Deuter. 6.

1. Ioanis. 1.

Proverbi. 3.
1. Cori. 1.

2. Cori. 3.

Math. 11.

Eodem.

3. Petri. 2.

Jeremi. 17.

Roma. 14.

Math. 4.

Math. 28.

Luce. 10.

Iam planum est, non conuenisset tale ieiunium Apostolis, de suo Messia reperto letissimis: de eius familiaritate gaudentibus: de certitudine quòd essent scripti in libro vite, securis.

Luce. 10.

Alterum ieiunium est Christianum, quòd licet corpus deprimat: mentem tamen eleuat, & licet vires corporis auferat: virtutes tamen animo largitur, & premia. Est igitur ieiunium quòd corpore ieiuno, anima satur est: corpore tristi, anima est letissima.

¶ Secundò lector diligentissimè nota, & distingue tria tempora. Prius, ab Adam ad Christum: secundum, à Christi aduentu ad Spiritus sancti descensum. Tertium, inde ad seculi finem. In primo tempore ieiunium res erat vetus, tristi, frigida, & insipida. In secundo, ieiunium vinum erat: sed nouum, id est, mustum. Pánus erat: sed rudis & asper. Hoc enim significat pánus rudis: Racos agnaphon. Id est pánus exiens à textore, nondum datus fulloni. In tertio, ieiunium factum est vinum coctum: & quod bibi conueniat. factumq; est pánus, sua ruditate, & asperitate amissa, blandus & mollis.

¶ Forfan non intelligis causam eorum quæ dixi: Eam igitur accipite. Lex vetus non dabat spiritum, nec vires ad implenda sua præcepta. Igitur legale ieiunium ex se, carebat calore spiritus, virore & alacritate virili: res erat frígés, & insuavis, erat igitur velut acetum. Porro cum Christus venit, omnis asperitas virtutum cœpit emollescere: & omnis insuauitas velut musto efferuescente, remoueri. Quia tamen nondum spiritus erat datus, ideo nondum virtutes amiserant omnem frigiditatem & asperitatem. Igitur in tertio tempore, vbi spiritus est datus, quia I E S V S est glorificatus, ieiunium, afflictio, persecutio, flagella, crux, & mors ex musto, vinum facta sunt: & ex rudi páno, & aspero (velut fullonis Christi opera) in mollem & generosum reddita sunt.

¶ Nam nonc quàm diuinè Christus, & quàm quadranter respondit? Vinum inquit vetus, (imo subacidum potius) conuenit vtribus veteribus: Quales homines fuerunt in lege veteri, quando non erant per spiritum renouati. Mustum verò non conuenit veteribus vtribus, id est, discipulis meis: donec enim per Spiritus sancti descensum renouentur, veteres sunt. Venient dies, quando ablato sponso, veniet Spiritus sanctus: quando vinum iam efferbuerit: tunc sicut vinum nouum erit: ita & vtres noui erunt. Conueniet igitur vinum vtribus. Seruate ergo res temporibus suis: vetera veteribus accommodate: mustum custodite donec efferbuerit: & pánus, donec perficiatur: Cum verò & pánus fuerit perfectus, & vinum potabile: tunc hominum vsui concedetur.

¶ Arbitror hac explicatione proposita omnia argumenta cessare. Ad primum: Sponso ic-

iuante ieiunabunt etiam eius filij: eum ieiunium illis conuenit. Nam ex Aristotele, mustum pueris non est dandum. Ad secundum responsio est vehementer annotanda, hæc verò est. Homines iudæi, quamuis sanctissimi, erant tamen vtres veteres, ex lege sua. Contra, homines Christiani (licet scœlestissimi) noui vtres sunt ex lege Christiana. Explicatur id ex Paulo, qui inquit: Iudæi secundum Euangelium, inimici Dei sunt: sed secundum electionem, charissimi: propter Patres. Iudæi igitur, qui propter infidelitatem, sunt inimici Dei, ijdem propter Patriarchas sunt charissimi. Ita ergo Christiani ex suis moribus, veteres, & abominandi: propter Christum tamen, & Euangelium, & gratiam in nos effusam, sunt vtres noui: & propterea obnoxij sunt ad ieiunandum, non ieiunio veteri: sed ieiunio Christiano. Non ieiunio in tristitia seculi: quæ mortem adducit: sed in ea tristitia, quæ est secundum Deum: quæ pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Per hoc ad tertium. Ita est, fili & fratres sponsi sumus: sed nõ est nobiscum corporaliter Christus: ideo ieiunemus: sed nouo ieiunio. Ad quartum: id habet Spiritus sanctus, vt cum ingreditur veterem vtre, eum renouat. Vt enim ingressus vtre mortuum, & scœdum: facit viuum, & pulchrum: ita ingressus veterem, nouum facit. Ad quintum dictum est, nos (licet peccatores) non esse veteres, sed nouos vtres. Ad sextum. Imò ieiunium nouo congruit homini: vt homine exteriori corrupto: qui interior est, indies renouetur. Quanto enim qui exterior est crucifigitur, & mortificatur (modo sit rationabile obsequium) tanto qui interior est incrassatur, & dilatatur. Ad septimum sicut ad quintum responsio est.

Indignè Hinc discederem: nisi multa, quæ reliqua sunt, expenderem. Primum, Dominus comparat nos vestimèto. Quia Phariseis reprehendentibus: cur Apostolis nõ indiceret ieiunium, respondet: quia vestimèto veteri non conuenit additio páni rudis. Igitur apostoli, & omnes homines vestimèta sunt. Vetera quidem in veteri lege, noua verò in noua, iam id explicatione indiget. Cuius nam sumus vestimenta? Si diceretur, quòd Christus est vestis nostra: id planum esset, quia vt factus est cibus noster: ita factus est indumentum, dicete Apostolo: Induimini Dominum I E S V M Christum. At difficile est nosse, quomodo nos vestes Dei simus. Sed equidem secundum Paulum: nos eramus tenebræ: nunc autem lux in Domino. Si lux sumus, profecto Deus est amictus lumine sicut vestimèto. Et planè ratione quàm sumus domus, & templum Dei: sumus etiam vestes Dei. Imò verò quo intimius, & propinquius nos sibi Deus adiungit: hoc verius nomen vestis, quam domus habemus. Vestis enim

Roma. 12.

2. Ad cor. 7.

2. Cor. 4.

Rom. 12.

Ioanis. 6.

Rom. 13.

Ephes. 5.

Psalm. 103.

1. Cor. 5.

Ioanis. 7.

Malach. 3.

Eccle. 3.

Roma. 12. stis enim propinquior est, quàm domus. Quid moror? si nos corpus eius sumus: quid mirum, quòd vestes etiam simus? Ergo vt virum Christianum, Christi mores seruantem, hominem dices Christo vestitum: ita & dices, Christum quendam esse, homine indutum. Vt enim nos sumus in Christo: ita est Christus etiam in nobis. Secundo comparat nos Dominus vt vites, siue enim in lege veteri, vtres eramus: sed veteres: siue in lege noua: noui quidem, vtres tamē sumus. Agnouit hoc Dauid, cum dixit: factus sum sicut vter, in pruina. Vocans ergo nos Dominus vtres, primum admonuit: quòd mortui fuerimus: trahentes originem, ex animali mortuo. scilicet ex Adam: in quo omnes mortui sumus, sicut vtres ex pellibus animalium mortuorum conficiuntur. Admonuit etiam: quòd sicut vtres, nunquam vento carent: nisi cum pleni sunt: ita & vita nostra ventus est. Et caput nostrum superbiæ vento semper est plenum, ideò stipulis sumus leuiore. Admonuit tertio, quòd sicut vtres, ex ordine suo, ad vinum recipiendum facti sunt: ita & nos non quiescamus donec impleamur virtute ex alto. Admonuit demum quòd sicut vter habens vinum, non ex se habet: ita nisi aliunde impleamur, vacui erimus.

¶ Tertio comparat Dominus ieiunium assumēto. Iam cauam expectas: nota primum quòd verbum assumētum (quòd græcis est epiblima) potius significat adiectionem, & additionem: quàm vesti detritæ pānum allutum. Cum igitur Christus, ieiunium vocauit adiectionem, significauit vitam Christianam ex fide & charitate constare. Ieiunium verò, & eleemosynam esse quædam adiecta: & velut affuta huic vitæ Christianæ. Vestis igitur nuptialis, coccinea, & ex bisso, bis tincta, fides & charitas est. Huius vestis polymitæ & talaris, limbus, & velut ornamentum est ieiunium. Corporalis siquidem exercitatio, ad modicum utilis est. Videlicet utilis est, ad ornamentum. sed pietas, quæ est integra vestis, ad omnia valet. Quæ ergo mens ieiunijs, non verò charitati intenta est, ea sanè de ora vestimenti: non de veste letatur. At contra, decor filie regis est ab intus, in veste interna. Licet ea vestis interna simbrias habeat aureas: opera exteriora. Hæc enim oportuit facere: at illa præcipua non sunt omittenda. Quarto comparauit ieiunium vino. Et quidem si primam rerum faciem spectes, nihil videtur vinum cum ieiunio conuenire. Imò potius ieiunium abstinet à vino: & si in adducta de vtre parabola persistas: vinum iniectum vtri, vtrem implet: contra, ieiunium homini adiunctum: hominem extenuat. At vide Christi prudentiam, ne Christiani ieiunia horrescerent: ea vinum dixit esse. Et quia mentiri non potuit: eo ipso quo ieiunium dixit esse vinum, fidem suam obstrinxit: id facturum ieiunium in mentibus no-

stris, quod facit vinum in corporibus nostris. Et ita canit Ecclesia, qui corporali ieiunio mentem eleuas. Quasi dicat, mentem extra se abducis: ac ideo inebrias. Addit Ecclesia, virtutes largiris, id est, vires largiris (sunt virtutes animæ, quod vires corpori.) Igitur ieiunium est abstinentia à vino in corpore: & est vinum ipsum in mente. Vt nunquam Christianus queri posset de Christo. Sicut enim relinquens domos aut fratres: centuplum recipit in hac vita: ita qui vinum relinquit in corpore, vinum centuplum recipit in mente.

¶ Quinto comparauit se sponso. Quod prius Baptista testatus est, & postea Paulus: cum dicit. Despondi vos vni viro. Si Christus sponsus est, & anima nostra, sponsa est: eos amores, delicias, tenerosque amantium affectus, à Christo anima expectet, quæ reliquæ sponse à suis corporalibus sponso solent. Neque enim fictè sponsum se Christus dicit. Hos Christi & animæ blandos affectus, cantica canticorum describunt. Sed audi nunc desponsorum conditiones. Sponsi, vnius generis sunt. Neque homo cum angelo, aut cum bellua desponsatur. Secunda sponsa dotē adducit. Tertia: propria corpora sibi mutuo tradunt. Neque enim vir habet potestatem sui corporis, aut mulier. Quarta generat sponsus, materiam foetui foemina suggerente. Quinta, sponso bona sunt communia. Curat tamen sponsus rem familiarem: contra, sponsa sponsi filios curat. Sexta, hereditatem sponsi, eius filij aduent: nobilitatem, genus & arma sortiuntur.

¶ Quis verò est tam saxeus, qui has in Christo seruatas conditiones, non stupeat, non exoculetur, & adoret? Ergo quia verbum Dei nobis erat natura dissimile, homo factus est: vt desponsatio inter homo geneos coalesceret.

2. Dos verò, quam nos Deo attulimus, abyssus miseriarum fuit. scilicet infirmitates nostras quas ipse tulit, & languores quos portauit. Tertia, iam verò, vtinam sicut ille se nobis dedit: ita quis nostrum se illi donaret. Puer enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Iam se ille dedit: expectat, vt vicem illi rependamus. Forrò non miraris Deum esse tuum? Ita planè dilexit Deus mundum: vt mundo vnigenitum suum daret. O si totus me illi traderem, o si nullum ius in me ipse haberem: o si non ego in me, sed viueret in me Christus. Quarta, generat Christus per prædicatores, per patres, & per alios viros bonos, qui prædicationem Christo suggerunt: sicut foemina foetui materiam subministrat. Quinta, reliqua vt clara: ita stupēda. Et quantum veritatis habent, tantum veræcundie incutient: quòd adeò nos pauperes existimamus, cum adeò diuites simus. Sexta, demum, si nobilitatem & arma sponsi sortimur: arma verò Christi crux est, mors, & ignominia. Vide an hæc arma Christiane velis? Vide Christiane

Math. 19.

Ioānis. 3.

2. Cori. 11

Desponsatio
Christi ad
Anima

1. Cori. 7.

Isaie 53.

Isaie. 9.

Ioan. 3.

Galat. 2.

Exodi 4. stiane an hic sponsus, sponsus sanguinum sit. Angelus enim ipse est, gladium habens: quo in circumcisum occidere vult. Vide igitur ne circumcisa anima tua sit. Vt enim amat hic sponsus pios: ita contra impios sequitur. Certumque tibi sit, quod si Christus nunc sponsus sanguinum tibi fuerit, sponsus pacis in posterum erit: id est si propter Christum te nunc circumcidis, plena in futurum pace fruëris.

Hæc illo loquente ad eos.

Luce 15. Ioan. 19. FATEOR cum sanctis Patribus locum hunc intelligi de gentilitate: quæ sanitate puellæ, id est, Synagoge præripuit. Ita enim Prodigus ille filius stclam, & vitulum saginatum, fratri in agro laboranti, eripuit. Et ita Centurio ille sanatur, Domino in cruce moriente: quasi dicas à fin. bria & vltimo vitæ Christi sanatum. Sed sanato Centurione venit Ioseph sero: petes corpus IESV. Veniet s. sero Israël petes fidem. Sanabitur ergo synagoga astantibus Apostolis, & parētibus. Quia propter Apostolos, & Abraham, & Sarā (eorum. s. intercessione) Iudæa sanabitur. Dicit enim Paulus Iudeos inimicos Deo propter gentiles: amicos tamē propter Patres.

Roma 11. Verum animus est non iam de synagoga loqui, sed de moribus nostris. Princeps ergo synagoge, seu ecclesiæ est Papa. Est etiā quiuis Prælatus. Imò & quiuis Pater familias, est princeps ecclesiæ, quæ in domo sua est. Celebre enim est Pauli, cuius suis familiam fidelem, ecclesiam appellare & ideo pater familias Iairi vicē habet. Porro cuius Prælato familia est iam iam moritura, aut certe mortua. Præsertim diebus nostris: cū antiquus ille rigor, & vigor Ecclesiæ perijt. Cū omnes in lecto diuitiarum & deliciarū iacemus, maximè qui Ecclesiastici sumus.

Roma 16. O vtinam Prælati omnes, ecclesias suas ita iacere videntes, Iairi essent: gemitusque, & clamores effunderent: vt Dominus dignaretur curare ecclesiam illis commissam. Verum est, quod multi nuncij veniunt, dicentes, iam mortuam esse, id est. Multi viri boni dicunt, rem iam esse desperatam. Nec esse remediū ecclesiæ iaceti. Sed beatus erit Prælatus si perseverarit. Collige ergo primum, quàm debeat quiuis prælatus pro sua ecclesia clamare, adorare, & procidere. Secundo, quod non procidit nisi Iairus, id est, illuminatus. Nō. n. angitur à sollicitudine suæ Ecclesiæ, nisi quæ Deus illuminat. Tertio, tantum apud Christum Prælati clamorem valere, vt propter eum, sanare eius ecclesiam velit.

Porro Quia difficillimum est sanari cōmunitates, & populos, interim quod hos Iñs sanare venit, mulier sanguinis fluxū patiens sanitatē recipit. Huius mulieris nomē, gen⁹ & patria tacetur. Id solum dicitur: quod erogauerat substantiā suam, in medicos: ac ideo pauper erat. Ita planè viles, ignobiles, & pauperes

Roma 4. 1. Corin. 4. sunt: qui sanitatē præoccupant. Vt verū sit, quod vocat Dominus ea quæ non sunt. Et item, nō multi sapientes inter vos: Nec multi nobiles: sed infirma mundi elegit Deus, & ea quæ non sunt. ¶ II. Languorē femine dicit textus fuisse, sanguinis fluxum. Et quia in. s. scriptura, in sanguine est vita, & anima: si sanguis continuo fluebat, vita etiam fluebat. O re miseram: viuimus, vita exeunte & pereunte. Hoc quippe est discriminē iustorum, & iniustorum. Iustis vita manet, & manet in eternum: habent enim vitam in se manentē, Quia sicut super Christo, erat spiritus, id est, vita, manēs: ita etiam super Christianis. At iniustus sua vita, & suum esse non manet: sed continuo in puteū dānationis dilabitur. Sicut enim esse corporis nostri continuo deteritur, & in puteum mortis vadit: ita & esse iniusti, continuo in infernum proficiscitur. Sicut aqua enim dilabitur super terram, non ad cælum sed ad infernū. ¶ III. Iā quod substantiam suā in medicos erogauerat: & deterius habebat, id indicat. Quod licet omnia bona, ac felicitatē appetant & in ea inquirenda res suas consumant: deterius semper habēt, donec incidant in medicū verū. Imò vero nullus amicus, nullus liber, nulla lex languorē tuum sanabit: Imò (vt Paulus dicit) lex occasione accepta per mādātum, irritauit me: ac perinde occidit. Deterius ergo habere me fecit. Cum enim enisset mādātū peccatum reuixit. ¶ Quid verò sit quod ab annis duodecim languerat, d cemus forsan postea.

4. Cū ergo Audisset de IESV, dicebat intra se. Nisi audisset de IESV, non fuisset sana. Sanè olim poterant sanari, qui nondum audierant de IESV: at postquā Deus dedit IESV omnē potestatem, super cælum & super terram: nemo saluari potest, nisi audiat de IESV. Pater enim omne iudicium dedit filio vt omnes honorificent filiū, sicut honorificant & Patrē. Vt ergo nemo saluatur nisi honorificās Patrē: ita nec saluatur nisi honorificans filium. Quem profecit Deus propitiatorem per fidē in sanguine ipsius, extra quā fidem, nulli salus eterna contingere potest.

¶ V. Porro quod illa dicebat intra se, elegātissimè indicat quod Christiana negocia, intra aguntur. Frustra contendes, nisi dicas intra te. Quid prodest ad sacrificia, conciones, & confessiones venire, nisi dicas intra te? Vt enim Deus est spiritus, & non caro: ita spiritus viuificat: caro sine spiritu, non prodest quicquam. Si spiritus tuus languet, spiritus querat medelam: alioqui tibi dicetur, populus hic labijs me honorat, cor verò eorum abest à me. ¶ VI. Decebat verò mulier si tetigero tātā simbriam. Hoc habet diuina vocatio, & hoc efficit: vt vocatus optet, summum suum cōiungi vel infimo Dei. Forsan osculata est hæc mulier simbriam, sicque summum suum iunxit infimo Christi. Idem videbis in filio prodigo. Fac, inquit, me sicut

vnum

Unum de mercenariis in domo primum est Pater, vxor, filij pueri, serui, vltimo mercenarij. & prodigus non audet dicere, fac me mercenarium: sed sicut vnum mercenarium. vides humilitatem. Ita & Magdalena capillis suis, tergebat pedes Christi. Humiles igitur sunt quos Deus saluat, & diuinorum reuerendissimi. ¶ Sed age audi vnum aliud. Vestis Dei est caro sua. carnis simbria, mors eius est. in qua tintinabula appensa sunt melius clamantia quam Abel. Hic enim clamat ad vindictam. at Mors Christi clamat, ignosce illis. Sunt etiam appensa malo granata significantia nimiam illam charitatem: qua in fine dilexit nos. ¶ Igitur anima quæ sanari vult, tangat hanc Domini mortem. Queris quomodo tanget? Respondeo: Tangat sacramenta Ecclesie: in quibus mors, & passio Christi (velutin vase) continentur. Hæc si infirmus tangit sanatur. Dicunt enim Theologi. Sacramenta ex a trito, id est, infirmo, facere contritum, id est, sanum. ¶ Nec dubito, quin Christi mors etiam cogitata id est, quæ cogitatione deuota tangimus, presentissimum languoribus nostris afferat remedium.

¶ VII. Sed quid sibi vult, id quod mulier dicit si tetigero tantum? Certè quia votum recipiend. Sacramentum, non sufficit sanare: nisi tangas & accipias, si potes. Rursum non dicit, si distitero, & inspexero simbram: sed si tetigero reuerenter, & deuotè. Sanè Theologus scrutator Sacramentorum non tangit ea: vt sanetur, sed distulit, & retergit. vt contempletur, ideo non sanatur, nisi eam reuerentia illa tangat, quæ foemina Christi vestimenta tetigit. Rursum si tetigero tantum, non etiam compressero, mali enim sacerdotes, tangunt comprimunt, conspurcant.

¶ VIII. Ait verò Dominus: virtutem de se exisse: Non ergo se continet virtus Christi: quin se ingerat, in humilè & tremètem sermones Dei. Vt natura vacuum nõ esse finit: ita nec virtus Christi, humilem patitur esse vacuum. Nec dicit: virtus de carne exiit: aut de diuinitate: sed virtus de me exiit. quia (vt Theologi dicunt) actione non sunt nature, sed suppositis. totius videlicet Christi, & ideo actio est infiniti valoris & pretij. Contra, quam quidam dicunt.

¶ IX. Mirum verò est, quam instanter Dominus interrogat: quis me tetigit? Tetigit me aliquis, ego noui virtutem de me exisse. At si tu miraris: quod hæc Dominus dicat à turbis compressus: ego mirarer si id non diceret. imo miraculum esset si non dixisset. Non enim virtus de eo exiit, ad sanand. s omnes nos: nisi variis & acerbissimis tormentis eius corpore presso. Calcauit torcular solus, ipse torculari compressus, an non erat dignum quod sentiat vinum & virtutem de eius carne profectam? Hoc ipse significauit, quando sanaturus filiam Iairi clamat: & suscitaturus Lazarum clamat: Quid ni clamaret sanaturus: siquidem tanti sanare constabat. Explicabat igitur hoc loco, eum affectum, quæ erat in cruce habi-

turus: cum erat virtus plenè exitura.

¶ X. Nolo silentio præterire quod respondit Petrus: Magister, turbæ comprimunt te, & affligunt: Et dicis, quis me tetigit? Itaque turbæ comprimunt Christum, & affligunt. at ipse compressus & afflictus tacet: nec irascitur nec conqueritur, nec vlciscitur. O quam sumus multi, qui irreuenter ad eum accedimus, & ideo comprimimus, & eius cor angimus. Sanè nisi ille impatibilis esset, iam dudum compressus periisset. eleganter enim ipse de se dicit, laboravi sustinens. Sustinens inquam multos se comprimentes. At ipse qui semper tacuit, semper etiam afflictus siluit: aliquando, vt parturiens loquetur. quod si oleo rugierit, quis non timebit.

¶ XI. Nec tacendum est quod mulier sanitatem querens, accessit retro. Planè, quia non iustificabitur in conspectu Dei, omnis viuens. Vultus enim Dei est superfaciens mala: vt perdat de terra memoriã eorum. A tergo, verò, vt scapulis suis humbret nos. A tergo, vt proiciat post tergum suum omnia peccata nostra. A tergo esse volo videns eius posteriora. Si enim peccator eius faciem videro, non erit salua anima mea. Non sine magna ratione David dicit: Protector noster, aspice Deus: respice in faciem filij tui. Si enim contra peccata nostra irati oculi tui, me ictu primo respiciant, moriar, perij. sed si oculi tui primum videant, Petram, primoque videant filium, & per filium me ab eius tergo existentem respexerint, salus ero. radij enim oculorum tuorum per filium tuum transeuntes, in eo mansuescent: & mansueti ad me perueniēt. Ergo accedere à tergo est peccata nostra tegi, & in obliuione tradi.

¶ XII. Porro muliere à tergo tangente siccatur fons sanguinis eius. fons sanguinis, vetus homo noster est. quem Theologi fomitem dixerunt. Ipse vtro Eua nra est & propterea sanguinis fluxum patitur. Porro per contactum Christi, vetus homo noster crucifigitur, peccatum non dominatur, interior homo renouatur, exterior corrum pitur. Non ita quod fons non sit, sed quod non tantum sanguinis fundat. Cur verò rogas? Sanè quia charitas diffunditur in cordibus nostris: quæ diffusa, alius fons fit in ventre nostro, non sanguinis: sed aquæ viuæ: non deorsum fluentis, sed salientis in vitam æternam.

¶ XIII. Accersitur à Domino mulier sanata: vt sciat cui, & quantum debeat. illa venit tremens, & timens. Siquidem initium sapientiæ timor Domini. Et Psalmus Seruite in timore, & exultate eum tremore. Et Apostolus. Vestram salutem cum timore, & tremore operamini. Quid ni paueant immundissimæ sordes, coram mundissimis oculis? Quid verò immundius peccato? Planè vt nihil immundius, aut horretius sanguine mēstruo. Ea igitur ratioe mulier accersitur: vt quæ timebat ex se, inciperet cōfidere in Domino. & quam sua immundicia tremere faciebat, eam Domini benignitas reddat securiorem.

I v ¶XIIII.

Luce. 7.

psal. 17.

Hebræ 12

Luce. 23.

Joan. 13.

Isaie. 7.

Isaie. 42.

Amos. 3.

Psal. 142.

Psal. 35.

Psal. 90.

Isaie 58.

Exod. 33.

Psal. 83.

Exod. 33.

Roma. 6.

Roma 6.

2. Cori. 4.

Roma. 5.

Ioan. 4.

Psal. 110.

Psal. 2.

philip. 2.

scis sōp
contradi
Luce. 8.
zardū.

Isaie 63.

Joan. 11.

Ioan. 1. ¶ XIII. Illa accedens, procidit ante Christum, glorificans Christum sicut est glorificandus Pater. Vt iuxta Apostolum: coram IESV omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, qui locus in hoc vnico opere completur. Non enim peccatis obrutus, & a Christo sanatus, & coram Christo procumbens, ipse est infernus, cœlestis, & terrestris, ex se terrestris: ex peccato infernus: ex sanitate cœlestis. Hac ratione dictum est: Coram illo procident Aethyopes & inimici eius terram lingent, reges Arabum & Sabæ dona adducent. Qui enim prius erat inimicus, & peccato niger: ipse illuminatus incipit esse rex, & ditiora dona offerre quam tota ferat Arabia. Hac eadem ratione dictum est: quod coram Ioseph prociderunt fratres sui. Quid ni adorent, iudicem, seruatorem, autoremque vitæ suæ.

Genes. 44. ¶ XV. Nulla ratione hic est dissimulandum: quod Marcus ait: Illa inquit, veniens ante eum procidit, & dixit omnem veritatem. Cum ergo peccator sanandus est, prius tremat intra se: mox procidat coram Sacerdote: qui personam gerit Christi: illique confiteatur omnem veritatem, id est, omnia peccata verè, nullo peccato dimisso. Nec enim sine mysterio dicitur, dixit omnem veritatem. Expende tamen quid sit, dixit omnem veritatem? Certè dixit veritatem, quia illuminata est, vt videret veritatem. temporalia, n. non sunt veritas, sed diuina, igitur anima illustrata agnoscit sua peccata, suum infernum, suam poenam. Agnoscit Deum, agnoscit Christum. Demum reuera agnoscit se, eatenus esse delusam: & ambulasse in tenebris & vmbra mortis, eatenus adorasse, idola, id est, honorem, diuitias, & delicias. Eatenus dilexisset vanitatem, & quæsisse mendacium, aspexissetque in vanitates & insanias falsas. demum agnoscit Christum suum, vocans eum, Pater meus es tu, & dux virginittatis meæ.

Math. 3. ¶ XVI. Postquam mulier omnem veritatem confessa est: dicitur ei, confide filia: fides tua te saluam fecit. Illa ascribit suam sanitatem tactui fimbriæ, contra Dominus adscribit fidei illius. Quia sicut reuera sanitas gratiæ Dei debetur: ita reuera fides & contritio nostra eandem sanitatem operatur. Vt mendacissimè Lutherus mentiat: dicens, nihil nos in nostra salute conficere. Imo sine dubio, vt gratia est fons salutis: ita & operatio nostra per gratiam adiuta, salutis cooperatur. Propterea laudat illa Christum, laudatque illam Christus, vt agnoscas sponsum & sponsam se mutuo laudantes. Dicit illa: Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, vt eius tactu pectus meum sanetur. Respondet ille: Ecce tu pulchra es amica mea oculi tui columbarum, quorum vno vulnerasti cor meum, fidei enim oculus per dilectionem operantis, vulnerat sponsum. Respondet Sponsa: Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Ac si dicat: Non nobis Dñe, non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Hactenus de hemoroïsa.

¶ XVII. Ad sanandã vero puellã Dñs vnies, primũ non admittit turbã illam: tam frequentem: quæ illum comprimebat. Secundò admittit Petrum, Iacobum, Ioannem. Tertio patrem etiam & matrem. Si igitur Reuerendissimi Prælati, Sanctissimi quæ Pontifices, ex animo, vestras Ecclesias sanare concupiscitis, en habetis salutis faciendę formulam. Primum reiicite turbam, id est, ne ad clerũ vestrum homines quosuis vulgares assumite. Manus nemini citò imponatis. perditionis Ecclesiasticę radix fuit: quod est media turba viri acciti, & admissi sunt in ecclesiam. turbam ergo reiicite. Secundò. Solos igitur eos assumite qui Petrum referant in fide: Iacobum in laborum tolerantia: Ioannem in ardenti erga proximos charitate. Tertio adiscite etiam Patrem ac matrẽ, i. autoritate vtimi in Ecclesiastica & seculari, ad mores Ecclesię reformandos. Et rursus Christum Patrem vestrum, & primẽuam Ecclesiam matrem vestram aspiciate, ob oculosque Ecclesię vestrę versentur. Quarto: id quod maius negotium est, tibicines expellite. Hos verò tibicines esse arbitror: quorum consilio, autoritate, & exemplo: tepor, & laxitudo in Ecclesiam irrumpit. Illos videlicet qui honores, delicias, & cupiditatem, (quæ charitatis mors est,) defendunt, docent & quærunt. Hi sunt, qui fraternitatem charitatis contemnunt: amorem paupertatis non curant: vitę asperitates refugiunt: iniuriarum vltionem requirunt. Demum sunt illi Magistri & prædicatores, in quibus nihil præter vestem Christianam refulget, cupidi, elati, superbi, & cæt. Quam verò rectè dicantur tibicines, audi. Primum quia cum fidem habeant, nõ verò charitatem: sunt sicut æsonans, & cymbalum tinnies. Secundò: Tum quia mortuę puellæ canunt, id est, perinde loquuntur, ac si mortuis loquerentur. Vox enim eorum non penetrat corda mortuorum. Tertie. Tum quia habentes coram se mortuos (eos scilicet qui audiunt,) non flent, sed cõposita quẽdam verba dicunt: ad rethoricę concẽtum modulata. Quarto: Demum tibicines sunt, quia nihil de morte defunctę dolent: solum canunt propter stipendium. Sed hactenus.

¶ XVIII. Intrans dominus ad mortuam, primũ tenet manum eius, quia non sunt homines relinquendi: vt agant, quæ volũt, cohibenda est nostra manus. planè cum Dominus immittit nobis languores, pauperiem, & alias vitę miseras, manum nostram tenet: cohibet scilicet nos, ne ad quodcunq; volet se extendat manus nostra. At qui parum est tenuisse manum, nisi Dominus ipse vocet, & (iuxta Marcum) voce magna clamet: Reliqua exteriora sunt, ad cor non penetrant. Clamet ergo Dominus: vt spiritus abiens redeat. sola enim eius diuina vox per aures etiã defuncti prerreptans, vitæ reuocat mortuum. Nulli enim alij obedire defunctus potest, nisi voci diuinæ.

¶ XIX. Vox porrò Domini hæc erat. Puella surge. quod dicit puellam, indicatur: non tam facile esse, senem defunctam surgere: quam puellam. difficile est animam, quæ in peccatis consensuit, ad vitæ nouitatem reparari. multo verò est facilius, puellam: quæ nõdum peccato assuevit, ad nouæ vitæ sensum adducere. Aliò qui verum dictum est Domini. Si potest Æthyops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas: ita & vos: quomodo potestis esse boni, cum sitis malis assueti?

Jerem. 13.

¶ XX. Quid verò est, quod non contentus Dominus vocasse puellam, ingeminat vocem dicens. Puella, tibi dico? Certè quia ad geminam vitam eam reuocabat: ad corporalem, scilicet & spiritualem. Sanè cum fecit lucem, solum dicit: Fiat lux. Cùm producit Solem, & stellas, vnicò verbo dicit: Fiant stellæ. & cæt. At cum Puella vocatur ad vitam, geminata dictione vocatur, quia illa ad vnicam vocabantur vitam: Hæc verò ad geminam. Iam quia vita supernaturalis multo est præstantior, quam naturalis: ideo cum Deus vocauit cælos & terram, vt vitam naturalem haberent: simplici ea verbo vocauit. puellam, non nisi voce grandi clamans vocat. Clamat etiam vt notetur quam profundè dormiat, & sepultus sit, qui in peccato mortuus est. Videlicet, quia sepultus est in inferno. à quo non nisi grandi voce reuocatur. longè enim à peccatoribus salus. ideo grandi clamore indigent.

Genes. 1.

Luce. 76.

Psalm. 118.

¶ XXI. Reuocata ad vitam puella ambulat statim: omnibus suis viribus receptis, quia iuxta Theologos: omnes virtutes infunduntur animæ in Baptismo: & recipiuntur perditæ, in penitentia.

¶ XXII. Iubet verò Dominus ei dari cibum. Et non vt ipse accipiat, ab alio enim pendeas oportet. Ne igitur sis tu tibi magister, & vitæ spiritualis dux. Ede verò, aliò qui non habebis vitam æternam.

Ioanis. 6.

Et transeunte inde Iesu.

GRande mysterium est, quod transeat IESVS: & quod transeuntem sequatur cæci duo. Profectò Deus (vt Deus est) non transit, imo nihil ei transit. omnia enim sunt præsentia, & fixa in puncto æternitatis: in quo tam Deo est præsens Adam: quam dies futura Iudicij. Christus ergo vt Deus, nõ trāsfit. Sed Christus, vt homo transit quia natus est: duodecim annorum fuit cum perditus est in templo, & triginta cum prædicare cœpit. Vt ergo Christus natus est de muliere, & factus sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret: ita & Christus factus est sub tēpore transiens: vt eos redimeret qui erant in tempore transeuntes. Attēde, non saluat manentes, id est, qui hîc habent ciuitatem manentem: sed qui, vt transeuntes viatores, futuram inquirunt. Ideo ergo transeuntem sequuti sunt cæci, quia Christus transitu suo meruit, vt tran-

Vide sanc. Thom. 1. part. 9. 14. artic. 13. Luce. 2. Luce. 3.

Galat. 4.

Hebræ. 13.

seuntes cæci eum sequerentur. Profectò sedentem in solio suo Deum, pauci Iudæi sequuti sunt, at transeuntē, claudi, cæci, languidi, imo & mortui sequuntur. Siquidem transiens, viam docuit quæ esset eundem: transiens, viam complanauit quæ sequeremur: & vires adhibuit: vt eius exēpla, & vestigia sectaremur: imo & trāsfiens nos per humeros suos accepit, & super alas suas assumpsit, vt facilius viam conficeremus.

Luce. 15. Deuter. 32.

¶ At non leue est dicere: qui nam sint duo hi cæci qui Christum sequuntur. & quidem cæci dicuntur, reliquo corpore integri, visu tamen destituti. Cùm ergo, qui contendit, iuxta rationem naturalem, rectè viuere: non verò iuxta fidem: is corpore reliquo velut integer, cæcus est. Similiter Iudæus, qui iuxta legis suæ normam sanctè viuere curat, sine fide tamen, itidem cæcus est. In hoc igitur Euangelio nobis innuitur, non sat esse vitam bonam secundum rationem, licet à Deo institutam: Nec sat esse vitam bonam iuxta legem, quam Deus tradidit. Vtraque vita cæca est, nisi ex Christi contactu lumen recipiat. Id quod est argumentum Epistolæ ad Romanos & ad Galatas. Porrò quod dicitur hos fuisse cæcos à natiuitate, verissimum est. Cæcitas enim nostra ex vtero contracta est. vt enim omnes nascimur filij iræ, infirmi, & inimici, imo & peccato mortui: ita & necessario nascimur cæci.

Ephes. 2. Roma. 1.

¶ Licet verò cæci nascamur, nascimur tamen cū appetitu videndi. nemo enim est hominum, qui lumen non querat. omnia enim bonum appetunt & mens semper ad meliora suspirat. Vt igitur nullus est corpore cæcus, qui lumen Solis non cupiat, ita nullus est mente cæcus, qui (licet ignorans) lumen Christi non optet. Quare ratione Christus dicitur desideratus gentibus. Qui enim querunt suam fœlicitatem, (cum illa Christus sit) Christum, licet ignorantes querunt. Et quia vehemens est desiderium hoc mentis nostræ, ideo clamor dicitur, de more scripturæ, græde desiderium clamorem nuncupantis. De Mose siquidem tacente dicitur: quid clamas ad me. Igitur desideria cæcorum, clamores sunt eorum.

Aggei. 2. Exodi. 14.

¶ Clamant verò, IESV filij David. Elegantissimè Davidis filium, cæci IESVM nominant. David enim significat dilectum. Quasi cum Apostolo IESVM nominent filium dilectionis. Est enim IESVS in quem tota Patris dilectio transfunditur. Est IESVS in quo omnes homines sunt dilecti, iuxta Apostolum dicentem: quod Pater benedixit nos omni benedictione spirituali, in Christo: in quo & elegit nos. Est demum IESVS in cuiuspectore vera, integra, & plenissima dilectio habitauit, quanta in nullo alio. Quid verò cæci allegent Christo, potius & præstantius, quam dilectionem intimam eius? Propter quam vt cæcos sanaret, sanguinem fudit.

Coloss. 1. Eph. 1.

¶ Dilectione ergo motus, & vt apud Ieremiam ipse dicit, perpetua charitate diligens, ideo attraxit cæcos miserans. Si queris quò attraxit?

Jerem. 31.

Certè

Certè in domum, id est, in Ecclesiam, significans extra Ecclesiam nulli esse salutem. Dictum enim est: Magnus Dominus & laudabilis, Vbi? Certè in ciuitate Dei nostri, & in monte sancto eius. In hoc sanè monte, docet Dominus gentes de viis suis, & ita illuminat eos.

¶ Adductos in Ecclesiam cecos interrogat Dominus: Creditis, quod hoc possum facere vobis? Ego requiro: quid nam est illud, hoc? Dominus enim dicit: creditis quod possum hoc. An non erat clarius, creditis quod visum possum dare, aut lumen. & cæt. Respondeo: quod in illa dictione, hoc, omnia clauduntur: nec est nomen, quo res tanta explicari possit. Ne ergo quæras nomen rei, quæ est mirabilis. Imò nemo nouit eius nomen nisi qui accepit. Vt in Apocalypsi dicitur: Planè lumen illa res est: sed lumen est, Deum in animam illuminati adducens: lumen est illuminatum Deificans, filium Dei faciens, hæredem Dei, & cohæredem Christi. Lumen est ignem in corde accendens. Sagitta est acuta, in cor cecorum penetrans. panis est animam satians. gaudiū est, quod nemo tollet ab eo qui habet. margarita est propter quam cuncta venduntur granum synapis est, in cuius postea ramis, non solæ volucres: sed ipse Deus requiescat. demum lucerna est, totum corpus lucidum reddens.

¶ Interrogati cæciani crederent, fide illa laudata? Respondent, vtiq̄ Domine: Vide, vt dona Dei non repente sint summa: sed crescant paulatim. Primum vocant filium David, mox Dominum. Demum tantam habent fidem, vt eis dicatur: secundum fidem vestram fiat vobis. Nemo ergo repente fit summus. Quod verò dicit: Secundum fidem vestram fiat vobis, argumento est: Diuinam dispensationem & operationē, ex nostra dispositione & preparatione dispensari. Impleuit mulier illa sub Eliseo multa vasa, ex oleo cælesti: tantum verò olei quoduis vas accepit, quantum erat vas ipsum. Oleum profectò vnicum erat, de cælo erat, vna manu ministrabatur. capacitas verò vasorum diuersa diuersitatem plenitudinis fecit.

¶ Sed non caret dubio, quod Dominus iusserit: nequis, eorum illuminationem sciret: illi tamen diffamauerunt eum in tota terra illa. Cur ergo Domini præceptum violauerunt? Ad hoc prior responsio est. Dominum non iussisse: vt interrogati de sua illuminatione, se scire negarent: id. n. esset mētiri. Iussit verò, ne ipsi suo opte nutu, rem aperirent. Quod fortasse illi sanctè seruarunt. Sed à tot interrogati sunt, vt fat fuerit responsio ad Christum diffamandum. Altera responsio est: Quod errores ex amore, digni venia sunt. Errabant hi quidem diffamantes. sed quid facerent? Siquidem feruor amoris, nonnunquam leges disrumpit. Tertia responsio moralis est: Quia Deo corde illuminatus est, taceat dilectus inter vbera, non in lingua commoretur. laudent verò eum in portis opera eius.

Sequebatur historia de homine muto & dæmonium habente. eius tamen expositio expectabit nos donec ad caput duodecimum veniamus.

Et circumibat Iesus.

CVM video Christum eam prouinciam circuire, immensi amoris ignem, in eius corde succēssum intelligo, quo ardebat nostram salutē, & quem optabat mittere in terram, ipso dicente. ignem veni mittere in terram, & quā volo vt ardeat! Secundo: Intelligo summam necessitatem, summumq̄ periculum infirmitatis nostrę. Cū enim medicus frequenter infirmum visitat, eumq̄ circuit, non nisi grandis est languor. Tertiò memor sum, quod diabolus tanquam leo rugiens circuit ouile Christi. ideo necesse est: vt Christus sicut amans pastor, circumeat etiam suum ouile. ille circuit vt deuoret, hic vt tueatur. Quarto cum video Christum circuire, non mula vectum, aut equo: mirari satis nequeo, tenerum hominem, ieiuniis, & orationibus, & laboribus exhaustum: ita laborare. Sanè quia sciebat nos nec hoc etiā exēplo, ad nostras curandas oues prouocandos. Videas quosdam Prælatos aut nunquam greges suos inuisere: aut cum inuisunt: ea pompa, & fastu inuisere: vt si eos cum suo Christo conferas, non facilè intelligas, eos discipulos & seruos esse Christi. Quinto: Cū video eum circuire: reedit in memoriam fortis ille armatus: qui multo iam tempore in pace suum atrium possidebat, ciuitates scilicet & castella, magnos scilicet & paruos. Quod ergo remedium: vt eiiciatur è sua prouincia? Certè, vt eo fortior superueniat: & in circuitu obidionem ponat vt ita clangore buccinarum corruat Hiericho. Circuit igitur Christus vt in libertatem asserat, quos tam diutina diaboli tyrannis inuaserat. Sed ô duram captiuitatem. ô amicam subiectionem. miserè sub diabolo captiui tene mur, & adest qui nos eruat de manu inimicorum nostrorum, & nolumus exire. Egemus igitur grandi obsidione, egemus frequenti circuitu, & multa expugnatione. & nec sic libenter catenas nostras euadere volumus. Sexto: Cū dicit circuibat, intelligo Dominum circulum facere, & nos vndiq̄ & in circulo inuisere. quā re intelligo, nihil omnino Christum omittere, ex his, quę nostrę salutis necessaria sunt. non est nobis euasionis aut excusationis locus: vndiq̄ circui mur. Amoribus, verbis, delitiis, blanditiis, Sacramentis, timore, labore, erumnis vallamur: vt capiamur. Septimò res mihi dolenda venit in mentem, cum audio Christum prouinciam circuire: eiectum eum video, quęrentem qui eum recipiat, nec inuenientem tamen. Hospitè adeo, & ignotū, & extraneum esse credas: cū circueat apud quē hospitetur, nec sit tñ q̄ domū cordis ei aperiat.

psal. 11. **Eccl. 11.** aperiat. Octauo: Vide Domine, ne circumneas, Dictum enim est, in circuitu impij ambulat. Igitur si & tu circuis, impij tibi notaminuris. Cum cōtra iubeatur viro pio. mane in loco tuo: Et rursus: qui es est iustorū, vagatio impiorū. Sed reuera, si in circuitu impij ambulāt: vt Christus circūeuntes capere possit, fugiētes: necesse est, vt & ipse ambulet in circuitu. in die passionis videbis eum circuire ab Ana ad Caiphā, ad Pilatum, ad Herodem, rursus ad Pilatum. &c.

Circuibat *prædicans in synagogis.* Cum in Ec

Genes. 28. **Genes. 3.** **Isaie 6.** clesia prædicare licet, non est extra eam prædicandum. Est enim Ecclesia locus Dei, domus Dei, & porta cœli: vbi facilius auxilium suum Deus præstat, & est tam generosa res Euangelium, vt non nisi in loco diuino prædicandum sit. Quod verò textus dicit: prædicans Euangelium regni: dolorem animo incutit. non enim ad aliud vocamur, quam ad regnum. nec modo vocamur ad regnum cœli, sed etiam ad regnandum in terra. Video: laborandū nobis est dum viuimus. Terra enim nostra labores & spinas profert. Vocamur tamen, vt in his laboribus regnemus. Cum verò quis inauguratur ad regnum gaudet. nos inauguramur, sed lethargo sopiente nihil mouemur. Videntes igitur non videmus, audientes nō audimus, excæcauit enim nos malicia cordis nostri. Vbi verò Dominus grandem turbam sequentem se aspexit, ait.

Messis *quidem multa.* Locus est, vt obscurus: ita omni speculatione dignissimus.

homines vocat Dominus messem. Et Ioannis 4. dixit hanc messem iam albescere. Qua obsecratione hæc sunt intelligenda? Respondeo: Mundus hic terra est: In hac nos miseri seminamur, cum anima nostra corpori infunditur. O verò miseriam! Si granum frumenti non moritur, nō etiam nascetur. ita planè: ante morimur, quam viuamus. In Adam enim omnes morimur. & ita omnes nascimur filij iræ, ante mortui, quam nati. Postea verò quam nascimur, humiditas multa nobiscum nascitur. Humor est cupiditas, viroque fomitis nostri: quo luxurians tritici calamus deorsum ad terram inclinatur.

Ioānis. 12. **1. Cor. 15.** **Math. 4.** Super hos luxuriantes calamos ortus est Sol iustitiæ Christus: tunc cum de virgine natus est. ascendit sensim, radios suæ doctrine, & amoris eis infundens. Hoc verò tempore quo messem albam esse dixit, ascenderat Sol ad medium prædicationis suæ. Dignumq; erat vt calami: sole ita radiante, & humorem calamorum exsiccante: iam alberent ad messem. Hoc ergo est quod dicit. Messis tempus est, quantum est ex Solis radiantis feruore. Iam albet messis quantum est ex gratia Euangelij. Iam igitur considera: Sub oculis Domini spiritualibus, tunc fuisse totum mundum præsentem, Solemq; æstiuum super ipsum splendentem. An non rectè videbis dictū esse: Messis quidē multa? Certè quia adeo chari-

tas Christi in suo pectore feruebat, vt verè Sol diceretur æstiuus, & tempus iam messis adesse.

¶ Et si placet dicere: In lege nature gen⁹ hominū seminatū, corrumpitur. In lege veteri seminatos Sol vernus aspicit, sed eorum humore exsiccare non sufficit. In lege verò gratiæ, iam Sol est æstiuus, iam vetus homo est crucifixus, iam peccati viror non dominatur: iam homines, quantum est ex gratia Euangelij, à suo sunt humore siccati, messis ergo nunc multa est. Quod si adhuc in nobis, est luxuriantior humor, quam fuit fortè in antiquis hominibus: non culpa est legis nostræ, sed nostra, qui propè exhaustum per Christum humorem tam solerti opera reparamus.

¶ Rogate ergo Dominum: vt mittat operarios. ex iis enim vita pendet nostra: sine eis siquidem messis in horreum non congregatur. nisi enim te subdas operariis, non ibis in cœlum.

¶ Cogor respondere ad ea dubia, quæ considerati verba Domini, occurrent. Primum, cur dicit: se vidisse iacentes homines, vt oues sine pastore. Num Iudæi suo carebant pastore? An non de David dicitur: Paut eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum, deduxit eos? Quis verò credat: nullum eo tempore pium fuisse Sacerdotem: qui rectè pasceret gregē Domini? Siquidem reliquit sibi Deus semper, septē milia virorum: qui non curuauerunt genua ante Baal. Ad hoc respondeo, Iudæos oues fuisse cū multis, non verò cum vno Pastore Eleganter inquit Paulus: Alij quidem facti sunt Sacerdotes: idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem, (id est, Christus,) eo quod maneat in æternum, perpetuum habet sacerdotium. Vnus ergo pastor est Christus, sicut est vnus Deus, vna fides. Tanto verò amplioris est honoris pastor hic vnus, quam reliqui omnes pastores: quanto Deus (qui solus bonus est) quam reliqui homines. Ergo merito Dominus dolet Iudæos vidēs, tanquam oues: illo suo verò, legitimo, & genuino pastore priuatos.

¶ Sed multo est vrgentius dubium: Quid ais Domine? Num hi qui te sequuntur, oues sunt sine pastore? An non tu es bonus ille pastor, qui animam ponis pro ouibus tuis? Cur igitur oues quæ te pastore habēt, sine pastore à te esse asserūt? Planior responsio huius dubij hæc est. In illis Iudæis iacentibus videbat Dominus totum genus humanum: Gentiles, Mauros, &c. Dolebat ergo Dominus, tot populos iacentes & vexatos: quasi pastore essent destituti. Vt sit sensus, qualis Davidis, desilentis Saulem & Israël in mōte Gelboë: Clipeus Saul, inquit, abiectus est: quasi non esset vnctus oleo. Ita hoc loco, iacentes dolet, quasi non haberent pastorem, cum tamen verè haberent.

¶ Imò profectò etiam Christianos dolebat: qui in suis afflictionibus ita vexati iacent, ita animum despondent: ac si oues essent sine pastore. Si enim nos Christum, nostrum esse fatemur pastorem

Roma. 6.

Psam. 77.

3 Regū. 19.

Hebræ. 7.

Ephes. 4.

Hebræo. 2.

Math. 19.

Ioānis. 10.

2. Regū. 1.

storem; cur non confidenter dicimus, Dominus regit & pascit me, nihil mihi deerit. & cetera? Tertium dubium est: Num Domine postquam ad cælum ascendisti, oues sine Pastore sumus? Num rediit ad nos Iudeorū conditio: qui nō sub vno, sed sub multis agebantur pastoribus? Responso est: Inter Christianos vnicum esse pastorem. Licet multi Prelati sint, in his tamē vnus est qui nos pascit Christus. Sicut enim in Paulo & reliquis prædicatoribus vnus est qui loquitur Christus: ita idē est, qui nos pascit in pastoribus multis. Vt igitur in lege veteri multi erant Sacerdotes: in noua verò vnus est in multis, (vt Paulus contendit in Epistola ad Hebræos,) ita & vnus nobis est pastor in multis.

CAPVT. X.

Et conuocatis duodecim disc.



VLTA SVNT MIHI hoc loco explicanda. Primum: Cur Dominus miserit Apostolos? Vt causam intelligas: expende mundi conditionem, & statum: eo tempore quo Dñs cœpit in mundo prædicare. Erat

mūdus in tenebris, & vmbra mortis, caligine obductus errorum. erantq; adeò manifestarij errores, vt rectè palpabiles vocarentur tenebrę, quę olim fuerant in Ægypto. Erat mundus peccatis plenissimus. Omnis quippe caro corruperat viā suam. Et vt Paulus ait: Erant omnia cōclusa sub peccato. Erat mundus oppressus tyrannide dæmonis, qui erat princeps mundi, per Christum foras eiiciendus. Operabatur enim tunc diabolus in filiis diffidentię: in quibus nos omnes aliquādo fuimus. Erat mundus Sodoma & Gomorra. Imò verò erat quidā infernus. Hac ratiōe eram⁹ omnes ignoratissimi, eūtes ad simulachra muta, prout ducebamur. eramus omnes Dei inimici. pro inimicis enim Christus mortuus est. eramus imbecilles & dormiebamus multi. Mittit ergo Dominus discipulos, vt Soles: quibus mundi tenebrę pellerentur. Misit vt medicos: à quibus mundi languores curarentur. Misit fortes: à quibus fortis armatus vinceretur. Misit cœlestes & diuinos: à quibus infernus noster in paradysum conuerteretur. ¶ Sed summè nomen horum virorum aduerte. Vocantur Apostoli, id est, missi. Quis huius rei profunditatem valeat penetrare? Christus Dominus dictus est Silo. Dicitur enim in Genesi: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat Silo, id est, donec veniat missus. Et Moses dicit: Mitte quem missurus es, id est, mitte Missum. Igitur Dominus vocatur missus: suo ergo nomine suos di-

scipulos dignatus est. Vnde Paulus dicit: Considerate Apostolum, & pontificem confessionis nostrę I E S V M. ¶ Foran nondum penetras mysterium. Audi ergo Dominū dicentem: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, quasi dicat: eadem autoritate, potestate, maiestate: qua me Pater misit, vos ego mitto. Vno vos regni solio præcedam, (vt dixit Pharaō ad Ioseph.) reliqua, Apostoli, quidam Christi sunt. Cum ergo audis Christum missum: intellige eum adduxisse apothecam plenam omnibus remediis: contra omnia mala: quę mundum præmebant. Idē ergo intellige cum audis discipulos missos. Angeli ergo sunt Apostoli, medici, doctores, pastores, reges. & quid non? Sunt Christi, sunt demum dii. Igitur sub hoc verbo missi, omnia officia clauduntur. Siquidem Apostoli reuelata facie gloriam Christi, in sua anima susceperunt. Et ideo Christum per omnia referunt. ¶ Dices: an non sat erat Christus? Erat certè, siquidem & nunc omnis sufficiētia ab eo est. Verum est Christus sui profusus, buccellam panis non comedit: quin ex ea suis, partē

tribuat. Erat ipse Apostolus, missus, & pontifex. facit etiam tales seruos suos. Simul etiam: vult esse responsum rerum supernaturalium ad naturales. Vt ergo in naturalibus: per causas secundas, & medias operatur: ita & in supernaturalibus. Demum voluit esse homines quosdam in terra, sui vicarios, quibus reuerentiam exhiberemus, quasi Christo præsentī. ¶ Quod verò dedit eis potestatem spirituum immundorum: diligenter est considerandum. Si enim super terram nō est potestas: quę cōparetur spiritibus immūdis, planè fit: vt Christus dans potestatem super spiritus, det etiam super omnem naturam. Habent ergo Apostoli potestatem super cœlos, elementa, & super omnem carnem: quantum necesse est ad negocium Euangelij. Quod ipsa experientia monstrauit. iusserunt ignem non comburere, non cō-

Hebræ. 3. 8
Ioānis. 20

Genes. 48.

2. Cori. 3.

Iob. 31.

Iob. 24.

Act. 20

Roma. 1.

1. Petre. 3.

Psal. 22.

1. Cori. 13.

Hebræ. 7.

Genes. 6.

Galat. 3.

Ioānis. 12.

Ephes. 2.

Isai. 1.

1. Ad Cor.

1. Tim. 12.

Ad Rom. 5.

Genes. 49.

Exodi. 4.

(ipsa

Hebr. 11. (ipsa enim fides est argumentum euincens nos, ad credenda ea quę non apparent.) At vt homines pulsanti Deo aperiant, necesse est miracula edere. nõ enim moueretur homo ad credendum, nisi miraculorum testimonio adductus. Vide S. Thomam 2. parte quęst. 43. artic. 1. ¶ Id verò in primis mirabile est, cur elegerit Dominus tam viles & abiectos? Sed equidem hoc est Domini ingenium. Non enim in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. beneplacitum est ei, super timentes eum. hi verò vt plurimū viri abiecti esse solent, elegit igitur stulta, vt confundat sapientes: & infirma, vt confundat fortia: & ea quę nõ sunt, vt destruat ea quę sunt. Planè ea, ad quę vocantur Apostoli cęlestia sunt, non terrena. Meritissimè igitur ad ea eliguntur, qui minus terre habēt. Vt enim ad secularia, hi eliguntur qui prudentiores in seculo sunt: ita ad res a seculo semotas eligi debent qui minus seculi habent. Fecit verò Dominus in noua lege, sicut fecerat in veteri. In qua primus rex Saul de minima tribu, inter omnes tribus: & de minima familia inter suę tribus familias, delectus est. Vnde & ius regni Israelitici erat: vt minimus inter filios regnum hereditaret: vt docuit Philo. ita & regnum cęlorum minimorum est. Qui habent thesaurum, nõ in nobili vase, sed fictili. Res est notatione dignissima Nullus serè antiquorum primogenitorum placebat Deo: minores diligebat vt Habelem. Isaac. Iacob. Ioseph. Et cõtrã primogenitos Ægypti furor Dñi defecit. Et velut odio primogenitorum, Iacob moriens manũ commutauit: vt dextera nõ maiori, sed minori obueniret

Secundò. explicadum occurrit: Cur 12. eliguntur. Ad hoc ex coniecturis responsio est. primo, Responsum esse debet, & concentus inter mundum spiritualem, & naturalẽ. in naturali Sol per 12. signa Zodiaci decurrit: igitur in mundo gratię Soli iustitię per 12. Apostolos deducitur. & vt ab illis signis, maximè vita nostra dependet. ita & ab his in vita spirituali pędemus. Secundò: dies in duodecim horas diuisus est: ita & lux Christianę doctrinę p duodecim Apostolos est distributa. Tertio: 12. fuerunt tribus Israel. ideo dati eis 12. iudices: qui sedentes super sedes. 12. tribus iudicent. Quarto: Apud Iosue legitur, quod postquam arca Domini transiit Iordanem Iosue pcepit vt 12. viri è medio alueo Iordanis educerent 12. petras, & in terram promissionis adferrent: rursumquẽ è terra promissionis adferrentur. 12. alij lapides in alueo Iordanis statuendos. Duodecim hi viri 12. sunt Apostoli. qui è fluenti seculo, secularia transtulerunt ad diuina. & è diuinis adduxerunt ad secularia. Vt iam esset cęli terrequẽ, fœlix consortium. Quintò duodecim pueri Isboseth fortissimi pugnãt cum 12. pueris David. & licet omnes pueri David mortui sint, vicit tamen David. Ita licet duodecim Apostoli mortui fuerint, pugnantes cum princi-

pibus mundi, vicit tamen Christus Apostolorum dux. Sextò: Apud Sanctos, senarius est numerus laboris. quia 6. diebus Deus operatus est. Vita ergo Apostolica fundatur in labore, non simplo, sed duplicato. Septimò, Dixit Moses: quod altissimus diuisit gentes, separauitque filios Adam: constituens duodecim mundi terminos: iuxta numerum filiorum Israel. vt sicut filij Israel erant duodecim: plagę mudi essent. 12. Ergo duodecim mundi plagis: duodecim assignantur Apostoli.

Tertio. Cur ergo bini mittuntur? Certè bini boues mundum araturi: & Euangelicũ semen sparsuri. Certè bigę sunt, Christum per mundum circumlaturę Et quia dictum est, vbi sunt duo, vel tres cõgregati, in nomine meo, ibi sum in medio eorum: vt vehementius esset cum Apostolis, voluit eos esse binos. Simul, vt humilitatis essent amatores: minor enim gloria ad duos diuisa venit, quam si ad vnum integra veniret. Atque etiam: vt minus dæmonis actus, & hominum audacia, & carnis nostrę negligentia eos inuadere posset, minus enim audent pugnatores, duos aggredi: quam vnum Demum vt intelligerent negocium esse, ad quos vnus sufficere non posset.

Quarto. Cur Dominus Simoni, Ioanni, & Iacobo nomina variat? Simo enim Petrus dicitur. Reliqui dicuntur Boanerges. Respondeo. Petrum respondere Abrahe, cui etiam nomen mutatum est. Hic enim pater est creditum in Euangelio: vt Abraham fuit creditum pater in Iudaismo. Ego verò ingenuè fateor explicare non posse dignitatem Petri: cui petrę nomen & rem Christus dedit. Leone papa teste. Petrus inquit, firmitatem Petrę, quę nullis impulsibus quateretur accepit, & infra. Cum ego (Christus ait) sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, tamen tu quoquẽ, petra es, quia mea virote solidaris, vt quę mihi potestate sunt propria sint tibi mecum participatione cõmunia. Hactenus ille. Nullus ergo Apostolorum ita Christi auctoritatem, sedem, & maiestatem refert, ac Petrus, qui si contractus est negans: humiliatus est, vt dignius profundum esset Ecclesię fundamentum: vt è tam profundo lapsu, in excelsius meritum assurgeret. ¶ At cur duo fratres filij tonitru dicti sunt: Beda, inquit, Quia si Ioannes in suo Euangelio altius intonasset, suo tonitruo totum mundum obruisset. Hieronymus, inquit, sunt filij tonitru, propter magnitudinem fidei & constantię. Isidorus, quia excellentissimè predicauerunt. velut tonitrua mundo sonantia. Crederẽ ego ex phrasi hebręa, vocatos filios tonitru: quia vno & singularissimo amore adheserunt, vnico & fidelissimo obsequio inseruierunt Christo, illo verissimo tonitruo mundi. Est enim tonitruum cum luce, feruore, horrore & admiratione. tum est vox de cęlo, & demum vox est pluuię nuncia. Quę omnia quadrantissimè Christo conueniunt.

Genes. 1.

Deuter. 32

Math. 8.

Iosue. 22.

ad Rom. 4.

Et August. Sermo. 2. f. festo Petri, & Pauli Petri petram vocat. Idẽ Basilus in homil. de penitẽtia. Idem Ambros. vt refertur. dif. 30. can. fideliter.

Sicut filij regni, qui sunt regno dicati, ita filij tonitru, Tonitruo dicati.

¶ Cur

¶ Cur verò Petro primatus concessus est? Certè quia erat senior, & reuerentia potissimè quadrat canis. Erat verò Petrus nec diues, nec nobilis, nec Domini cognatus. Iam ostēdebat Dominus: quàm horum nihil erat aspiciendū, in electionibus Pontificum. Simul ostendit: inter principatus meliorem esse monarchiam. & demū nota Domini modestiam: passus est, se viuente sui gregis designatum habere monarcham.

Quintò. Cur Iudam periturum acciuit? Ut nemo quantumlibet sanctus, & in sanctorum collegio, de se securus sit. Quid verò maius Apostolatu? At ex eo cadit Iudas. Secundò intellige, quam difficilè qui pecunias habet regnum Dei possidebunt. tractauit pecunias Iudas, & de cælo ipso, cum deturbauerunt. Tertiò: admonemur: vt quiuis caueat suos: inimici enim hominis domestici eius. Is enim inquit, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Quartò vide hominis obduratissimi animum: qui tanti magistri, tot discipulorū, verbis, operibus, conuersatione noluerit ad meliora reuocari. Vbi exemplum habeo sacerdotum nostrorū, qui quotidie ex mensa Christi edunt: nec tamen ad vitæ melioris salutē cōuertuntur. Quinto: videant Prædicatores casum Iudæ, ne & ipsi cadant. magnorum enim non nisi magna est, & desperata ruina. Vide tamen Christi patientiam: qui in collegio suo, tanto tempore, tam peruersum sustinuit hominē. Ita & nos sustinet, multo tempore mensæ suæ conuiuas, proditores tamē. Sustinuit etiā, vt sciremus, per malos ministros vera sacramenta ministrari: & per malos prædicatores vera Dei verba seminari.

Hos duodecim misit.

Primò loco expendendum est: cur prohibētur Apostoli ire in viam gentium: iubentur tamē Iudæis prædicare? Vbi plura sunt aduertēda. primum, quam magna cura Paterfamiliās debeat suis primum prospicere. Qui enim suorū, & maxime domesticorum, curam non habet: fidē negauit. merito igitur laudatur fortis illa mulier: quæ de nocte consurgens dederit prædam domesticis suis. Quia igitur Iudæi erant domestici filij Dei: ideo primum eis consulit. Secundò admonet Dominus suos prædicatores: vt caueant omnia quæ scandalo esse auditoribus possunt. Ideo Apostoli prohibētur prædicare gētibus: vt qui essent Iudæis infestissimi. Nota verò. præcipit non ire per viam gentium. sed non interdicit vias Samaritanorū: quia per eas erat in Galileā iter. Tertiò nota: Iudæis fuisse, magnò dono, credita eloquia Dei: non verò gentibus. & ideo viuente synagoga non debet suo thesauro spoliari. Quartò: viuente Christo, non erat paries & maceria diruta: quæ Iudæos à gentibus diuidebat. nondum parietes erant facti vnum, angulari lapide eos cōnectente. nondum erat pro palata sanctorū via. Adhuc erat notus in sola Iudæa Deus, Adhuc non vene-

rat tempus quando extra templū licebat adorare: nondum erat velū templi discisum. Et quidē Ezechias ostendens Babylois thesauros suos, grauius castigatur. non enim Gentes licebat induci in templum Dei. At vbi templi velū ruptū est, & cataractę cæli aperte sunt, & fontes abyssi magnę patuerunt, tunc patens est fons domus Domini. tunc in omnem terram exit sonus eorū. Et ideo ad spectaculum venientis spiritus sancti ex omni terra nationes cōcurrunt. Quintò scito ex merito Patrum, Iudæis concessum esse vetus testamentum, & salutis prædicationē. At ex merito passionis Christi cōcessum est Euāgeliū mortalibus cunctis. Dūm igitur Passio nōdum esset celebrata, nōdū debuit cunctis Euāgeliū diulgari. Hoc enim est quod dicit Rex: tauri mei & altilia mea sunt occisa, & omnia parata. venite. Igitur ante occisionem tauri, non erant gentes inuitandę. Sextò cum audis gentibus & Samaritanis vetari Euāgeliū, time ne eorū culpa vetetur. Mandabo nubibus meis, inquit, ne pluant super vineam. forsam Samaritani, & finitimę gentes, aures suas aggrauauerant: vt digni Euāgelio non essent.

Ite *potius ad oues.* iudicio meo, eas oues indicat: de quibus habetur Ezechie. 34. quod essent pascendę in pascuis herberrimis, scilicet Prædestinatos: qui erant inter reprobos illos dispersi. horum gratia, Apostoli missi sunt. nā & Apostolus dicit se multa pati, propter electos: vt salui fiant. Hi electi oues merito vocātur: statuendę ad dexteram iudicis. quia nullum animal oue innocētius, simpliciū, mansuetius, vtilius, patientius. quæ omnia quadrare debent ei qui prædestinatus esse cupit. ¶ Cur verò dicit: ad oues quæ perierunt domus Israēl. nō verò domus Abrahę, aut Isaac. aut etiam Iacob? Primò quia ex domo Abrahę exiit Ismaēl, & ex Isaac exiit Esau, ad cætum fideliū nō spectantes. Tum quia Iacob, ex pugna, factus est Israēl. prædestinati enim ex pugna hereditabunt cælum. Si enim compatimur, & conregnabimus. Tum etiā, quia Iacob in somnis pugnat cū Deo. & eius pugna, ad auroram durat. nec dimittit, donec ei benedicat. Prædestinati itaq; per totam vitam, (quæ somnus est,) cum Deo pugnant: vsq; ad initiū diei future: nec dimittūt donec bñdicātur à Deo, benedictione ppetua. nec tñ bñdicuntur, nisi marcido fœmore, id est, carne emortua.

Prædicare *quia appropinquauit regnum cælorum.* Expectabant Iudæi tēpus, in quo Messias esset regnaturus temporaliter. in quo & ipsi ipsi cum eo essent suorum hostiū domini: in quo demū habituri essent rerū omniū imperium. Ita dicunt discipuli, nos sperabamus, quod ipse esset restitutus regnū Israēl. Et Zebedei cupiūt sedere ad dexterā & sinistrā, in hoc regno. At contra Dñs cupiens nos auocari à terrenis, & prouocari ad cælestia: aliud regnū, non terræ, sed cæli, prædicari, iubet. Instat inquit regnū cæli. rex cælestis. leges cælestes, opes cælestes. ciues cælestes.

Math. 19.

Michæ. 7.
psal. 40.Ioan. 4.
Luce. 23.
Ilaic. 39.Genes. 8.
Zacha. 13.
psal. 18.

Actor. 2.

Math. 22.

Ilaic. 5.
Zacha. 7.2. Timo. 2.
Math. 25.Genes. 32.
Roma. 8.

Genes. 32.

Ioan. 11.

Actor. 1.

Luce. 24.
Math 20

celestes. Instat tēpus: in quo, in nostra hac terra, illa vita inueniatur, quę fuit hactenus in cęlo. In cęlo fuit iustitia, pax, gaudium in spiritu. Fuit cognitio & amor Dei. Fuit ingressus in gaudium Domini. Fuit cęlestium Deificatio. Hęc omnia appropinquant terrę nostrę.

Roma. 14. Ante quam spiritus veniret, appropinquabāt. Nūc iam in medio nostri, & intra nos est regnū Dei. O verē beatos Christianos: sua si norint bona. In medio igitur regni cęlestis sumus.

Mathe. 15. Hoc est tam magnificum nūcium: vt indignū sit ipsum silentio pręterire. Regnauerat mors ab Adam, vsq; ad Mosen, nō solū regnauerat in Iudæis, sed etiam in Gentilibus. Porrō regnabat: non solum quia moriebantur homines in corpore: sed in scēlicius, quia moriebantur in spiritu. Imō etiam, quia ea vita quam viuebāt, ad eō vexabatur languoribus, & dēmonibus: vt penē mors dici posset. ¶ Dicit ergo Dominus. Prędicare Apostoli: iam venire tempus: in quo: destruat peccatum: In quo destruat corpus & machina peccati, Venit tempus: in quo languores vestri sanentur, per Euangelium. Venit tēpus: in quo si quę mortis manent reliquię, non iam mors dicendę sunt: sed vitę loco habeantur.

Luce. 17. Venit igitur tempus: in quo destructo diabolo, qui habeat mortis imperium: & peccato expulso: ingrediatur sempiterna iustitia. Qua ingressa regnet De⁹ in nobis. ¶ Igitur quia per Christi mortem vetus homo noster crucifixus est: iniquitas abolita: dēmon eiectus. Et mors Christi nondum erat exhibita, sed breui erat exhibenda: ideo dicit, appropinquauit. Nondum verō venit omnino. ¶ Et eleganter dicit: appropinquauit regnum vobis, non vos illi. Quia nō ex operibus iustitię, quę fecimus nos, accessit: sed secundum suam misericordiam accessit ille nobis. Rursum eleganter dicit: accessit, vt non sit multo nobis labore sudādum: vt accedamus ad illud. Quin potius ipsum accessit ad nos, nō est nobis ascendendum in cęlum: vt inde deducamus: nec est descendendum in infernum: vt ad nos adducamus, prope est verbū regni in ore, & in corde. Item eleganter dicit, regnum cęli, non terrę, vt arbitraris te in cęlo esse: teque viuere, & cōuersari in cęlo. Nihilq; abesse te à cęlo: nisi quantum corpus hoc obsistit, ne in cęlū cōmigremus. Cum verō dicitur: regnum: & cęlorū, videbatur iam nullus non optaturus, & apertis vlnis tantas opes ad se veniētes excepturus. Sed certē regnum ipsum ad nos venit: culpa nostra est, si non exceperimus.

Roma. 5. ¶ Habent ergo prędicatores, quid prędicaturi sint. Summa enim hęc est: Regnum iam venit: nihil deest, quo minus reges sitis, & reges cęlestes, nisi vestra voluntas.

2. Cor. 2. **Infirmos** Curate. Siquidem Euangelij prędicatio, non est in persuasibilibus humanę sapientię verbis: sed in virtute Spiritus sancti: merito, ineffabili prędicationi, ineffabile

adiunxit potentiam, & virtutem: curandi. s. morbos corporis. Per quos significatur languores animi. Quorum gradationem & descensum audi. Primo loco sūt infirmi: hi qui primo peccare cęperunt. Sunt deinde leprosi: qui alios (velut contagio) suis peccatis inficiunt. Sunt postea mortui: de quorum vita desperandum ferē sit. Sunt deniq; dēmones, qui alios trahere in vitia contendunt. Hos omnes, curandi virtutem acceperunt Apostoli, sed speciatim habēt potentiam eijciendi dēmones. Quia qui alios ad malum trahere conantur, per excōmunicationē sunt ab ecclesia reijciendi, ne gregem Domini deglubant & destruāt. ¶ Quia verō facilē erat ditescere eos qui hos morbos curassent: ideo dicitur eis. Gratis accepistis, gratis date. Cū enim impossibile sit pręteritum in terris inuenire, quo hęc diuina dona iustē vendi queant: iniuria fieret rei non venali, si venderetur. Sicut si Adamantem generosissimum, vili venderes obolo. Vbi nota: quōd licet prima gratia non cadat sub mērito, (vt Theologis est confessum) omnis tamen gratia post primam, & etiam gloria sub mērito cadit. Qui enim operatur ex gratia, merces ei debetur: non iam secundū gratiam, sed secundum meritum & iustitiam. Hinc Cōcilium Tridentinum fatetur: opera nostra ex condigno, & iustitia, gloriam mereri. Cum igitur omnia pretium suum habeant (etiam cęlum.) Dona tamen miracula faciendi, omni pretio carent, neq; sub vilo mērito cadunt. Sed purē gratis dātur. Adeō vt inde nomen acceperint: & gratię gratis datę dicantur. ¶ Et elegantissimē dicit, gratis accepistis, vt si acceperis, ne credas tuis ipsa meritis habere. Procul sit à te ista superbia. Si verō ea non habueris: ne credas tuo vitio, aut culpa, carere. Non enim propter merita dantur: sed in Reipublicę vtilitatem. Imō is cui nō dantur, magno pondere leuatur, tractandi cū hominibus: quorum cōuersatio tam est difficilis, & periculosa: quā diuina est facilis & iucunda. Libet tamen non nihil immorari, & expendere: cur gratis dari Dominus pręcipiat. Primum quia maximam auctoritatem Euangelio pauperum, paupertas ipsa cōciliat: vehementer enim suspicimus, & adoramus eos: qui opes tā magnificas (quibus alios ditant) tam sine pretio largiuntur. Mirariq; satis non possumus, eos qui, quā omnes fugiunt paupertatem. Ipsi vt prędicant: ita & amant. Secūdo: quia gratis dantes, minus sunt oneri populo accepturo. Siquidem Paulus (ne quem grauaret) manibus suis victū sibi, & suis queritabat. Tertio quia cum vbiq; sit odiosa cupiditas, maximē verō in prędicatore. Quarto quia quo magis prędicator curam sui à se reijcit, hoc magis eam Dñs suscipit. Quinto quia si pretio daretis, donū esset domi Dei aliquando immerentibus, si pecuniam afferrent. Gratis igitur & non pretio detur. Sexto: quia iucundū est videre iustū dantē gratis: nō solū sua: sed

Ad rom. 4.

2. Thefl. 2.

2. Cor. 12

sed & animá propriá dare cupientem. Quis enim non amet Christú danté animá suam in redemptioné pro multis? & Paulú viscera sua Thessalonicensibus, dare cupienté, quia charissimi, inquit, facti estis nobis. Vltimam rationem ex sequentibus colliges.

Math. 20.

2. Ad the. 2.

Nolite possidere aurum. Incidimus tandem in locum difficillimum. Ante omnia proferá in mediú, quod de verbis hisce Domini sentiam. Ego credo hęc Dñm mädasse, non solum Apostolis iter facturis: sed etiam in ciuitate consistentibus. Adducor ad id credédú, ex apertissima litera. Primum. n. dicit, nolite possidere simpliciter aurum, argentú: neq; minutiora era appendatis in zonę crumena. Secúdo speciatim dicit de itinere: ne afferatis perá in via. Si igitur Dominus omnia hęc pracepta iter facientibus dedisset, profecto dixisset in principio, ne in itinere, habeatis aurú, argéum, peram, &c. Nunc verò cum aperté distinxerit primum mandatú á secundo, & in secundo addiderit iter, planè fit, primum mädatum esse absolutè intelligendum. Et ita absolutè etiá debet intelligi tertium, ne habeatis duas tunicas: calceaméta: neq; virgam. Cur enim potius habeant duas tunicas in ciuitate: quam in itinere? aut cur calceos habeant in ciuitate, & nõ in via? Ergo simpliciter interdicitur Apostolis aurum, argentú, es, duę tunicę, calcei, virga. In itinere verò iuxta Lucá interdicitur virga, pera, panis, pecunia. Dominus. n. qui curam illorum in itinere gerebat, gerebat etiam in ciuitate. ¶ Causa verò huius tá tristi præcepti hęc fuit. Christus fuit paupertatis amantissimus: illud semper iactás: ego mendicus sum, & pauper, Dñs sollicitus est mei. Et illud: Pauper sum ego, & in laboribus á iuuentute mea. Vt impleretur in eo vaticiniú Isaie: quod ascénderet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. At radix sicce terre, nudissima res est. Si igitur in beato Francisco paupertatis fuit amor, scintilla in eo fuit, collata, ad igné illú: in Christi pectore flammanté: quo pauper esse cupebat. Arbitror, nunquá sibi adeó Christú placuisse: quàm cum se affixum cruci cõspexit: vere (vt esse cupiebat) omnibus rebus egenté. Cum igitur paupertatis amator, relinqueret suos in terra vicarios: voluit etiá paupertatis amatores relinquere. Quia causa eis interdixit auro, argéto, & ere quòd diuites solent turgentibus zonis appendere. Interdixit etiam duab; tunicis, calceis & baculis. Quos populares homines solent nõnunquam grauitatis causa circúferre. Hęc enim omnia refecit paupertatis amator.

Luce. 8.

Psal. 39.

Psal. 87.

Itac. 33.

¶ Insurgit iam dubiú. Si Apostoli calceis, & baculis, interditi sunt: quomodo Marcus dicit: ipsis esse cõcessos? Solutio quę mihi facit satis, est: Vnico cõtextu, vtrúq; Dñm dixisse, in hęc ferme sensum. Discipuli mei, volo vos omni re terrena carere: solúq; summè necessaria possidere: in omnibusq; pauperes esse. Ideo calceos & vir-

gá veto, sed quia sandalia solét pauperes etiá afferre, & baccillos: ideo horú vsus vobis tantúmodo cõcedo: vt quę paupertati nõ repugnēt. Quę ita ad literá, fuisse seruata ab Apostolis, acta eorú facile docēt. Petrus. n. ait, aurú & argéum nõ est mihi. Certè si era minuta habuisset in zona, petēti dedisset. Rursum ágelus excitás Petrú dicit: Surge, præcingere tunicá (scilicet eam vnica quã habebat) & subliga sandalia tua: (ita enim gręci codices habent) habebat igitur non calceos, sed vilia sandalia, quę subliganda sibi erant. ¶ Audi etiá nõ nihil mysticú, Bethlehé apud Micheam minima est. Apud Mathęú nequaquã minima, quia quę in se erat minima, ex Christo erat maxima. Ita & potestas Apostolis concessa, Marco virga est: Mathęo non est virga. Siquidé potestas data Apostolis, ex se virga est: quia tamé nõ debent ea vti, ad destructioné: sed ad edificationé: nõ ad rigoré, sed ad benignitaté: non ad irá, sed ad misericordiá, ideo dicitur nõ virga. Reges. n. gentiú dominatur eorú, habét quippe virgá, nec. n. sine causa gladiú portát. Vos aut Apostoli nõ sic: sed qui maior est inter vos. f. Petrus: sit sicut minor. Cui est vagina nõ licet gladiú eximere. ¶ Similiter qui nõ sunt calcei Mathęo, Marco sunt sandalia. Cũ. n. necesse sit Apostolis pede terrá cõtingere: ne ab ea ledantur, fauoré terrenú habere debēt. At is terrenus fauor non totú pedé adumbret: relinquat superá pedis parté liberá. Nõ igitur Apostoli fauoribus humanis se totos ingerant: nisi quantum ne ledantur necesse fuerit.

Act. 9.

Act. 12.

Math. 9.

Math. 2.

2. Cor. 10.

Luce. 22.

Roma. 12.

Math. 26.

¶ Legisse me recordor, sandalijs olim solos principes vsos. Forfan ergo sandalia cõcedit Christus Apostolis, vt Ecclesię principibus. Dubiú restat, nõ hęc Dñi præcepta obligabát ad mortale? Respondeo: Si Apostolicus prædicator animú gerat paupertatis amicú, id satis est. Etiá si aurú, & argentú abundè possideat. Præceptú enim est: nõ, ne possideatis: sed nolite possidere. Iam si nõ nõ quã cupiat aurú, non arbitror esse crimé. Hęc enim mädata perfecta perfectis data ad mortale non obligant.

In quácumq; ciuitatem.

Hoc loco mihi statuédú videtur: cũ Apostoli intrabát ciuitaté, vel castellú, non primú interrogasse, quis suo hospitio dignus esset. Quis enim etiá dign⁹ talé sustineret interrogationé? Sed ante omnia prædicabát verbú Dei, vt acta Apostolorú cap. 12. & 14. facillè docent. Post prædicationé verò, si quis exhibat eos hospitio suscepturus: apud eú manebát. Si verò nemo eos inuitabat: túc querebát: quis in populo dignus esset. Nã legim⁹ Dñm aliquádo prædicasse, & quia à nemine inuitabatur, in Bethaniá rediisse.

Math. 23.

Genes. 18.

doma

doma: quia non sunt in ea decē, aut quinq; iusti. Et alioqui reliquit sibi Deus septē milia virorū: qui nū curuāt genua, ante Baal. Et certē si vult Deus misericordiā suā prestare alicui populo: aliquē dignū preparat apud quē suus recipiatur p̄dicator. Si non parauit, neq; etiam misereri populo voluit. Certē cum Macedonię fauere disposuit, parauit Lydiam: apud quā Paulus hospitaretur. ¶ Habes verò ex hoc textu: vix virum dignū latere posse, quin agnoscat. Alioqui dignus esse posset, qui nō reciperet. Apostolos hospicio. Vt ergo lux latere nō potest, & ignis in sinu nequit abscondi: ita nec viri dignitas. Testis est Isaias dicēs: Orietur, quasi mane, iudicium tuum: & iustitia tua sicut meridies. ¶ Porro eum, arbitror, hīc vocari dignū: qui operibus misericordię intentus est. Neq; enim alius dignus iudicaretur, qui hospicio reciperet: nisi cui illud est exercicio. Quā verò scriptura est sibi concinna. Vbiq; charitas proximorū laudatur: vbiq; ipsa sola iudicatur digna cælo. Si quidem dictū est, hospes eram, & collegistis me: ideo venite benedicti. ¶ Iā meritò, sapienterq;, Dñs iubet: queri dignū suo Apostolo hospite. Quia non nihil autoritatis, & gratiē recipiet p̄dicator, ab hospite digno. Imò & nō nihil etiam p̄sidiij, minus enim obgānent homines, contra eum quem culmē viri digni protexit.

Ibi manete. Primò, vt maius sit vestrę sanctitatis testimoniū. Facile enim est per breue tēpus, specimē sanctitatis ostēdere. At diu sanctitatem simulare, difficile est. Admirans ergo hospes vester, sanctimoniā vestrā, negociū Euangelij promouebit. Secundò vt cauti sitis ne quid molestiē hospiti tam benefico, & tam in benefactis perseueranti inferatis. Nō enim admodū offendere cauemus, eum cū quo breui tempore cōmoramur. Tertio: vt vel à principio hospitij, temperantię, & abstinentiē studeatis. Vt. n. quiuis hospes fastidit gulę deditum conuiuium: ita amplectitur temperantem. Quarto, quia futura erat tam mirabilis Apostolorū conuersatio, vt reliqui ciues eos hospicio recipere contenderēt: vt quiuis tātis hospitibus frueretur. Ne igitur contentioni occasio detur, iubeo vos ab vno hospite non discedere. Quinto, in hac re volo vos mei esse similes: ego nūquā deserero suscipiētē me: nisi prius me ille deseruerit: adeò sum illi gratus: ita vos adeò estote grati, adeò immutabiles, vt doleat hospes vester: si quādo vos abire sentiat. Sexto, libero vos ingenti molestia: quiuis enim nouo hospicio susceptus (si sapit) mille oculis circumspectat, vt animū hospitū agnoscat: quo illis morem gerat. Ne igitur necesse sit sepius hoc tediū deuorare, in vno loco manete. Septimo. Animus meus est hospite vestrū ditare, vt ergo meę magnificentiē dignior sit: magisq;, me per vos demereatur: manete apud eū. Vt enim Israeli apud Ægyptios gratiam dedit: vt ei omnia sua etiā p̄tiosa cōmodarent: ita ego

polliceor: me gratiam vobis apud hospitem daturum, vt libentissimē vos recipiat.

Hęc à me de hospite digno dicta sunt: Nam si eū indignū inueneritis, non apud eum vos manere iubeo. ¶ Illud verò sciant oēs, qui p̄dicatores suo hospicio recipiūt: quòd sicut Dñs benedixit domui Obededò: quia arcam Domini, domi suę seruauit: ita benedicet domui P̄dicatores suscipienti. Tāto enim dignior est sanctus p̄dicator, quā arca Dei: quāto dignior est Christus existēs in p̄dicatore, vrna & virga existētibus in arca.

Intrantes autem domum dicite, pax. Angeli annūciauerunt orbi pacem, quādo nascebatur orbi Deus. Alij angeli in carne existentes, annūciāt domui sui hospitis pacem, quia ei vult Dñs nasci. Illi angeli annūciāt orbi pacem: quia volebat ei Deus reconciliari. Hi etiā annūciant pacē hospicio suo: quia ei vult Dominus reconciliari & benedicere. Ferinde igitur valet, quòd Apostoli annūciant, ac si dicerent: Dñs nasci vult in domo hac: vultq; ei suam dare benignitatē. Secundo. Christus resurgens, dicit Apostolis: pax vobis. & insufflās ait: accipite Spiritū sanctū. Ita Apostoli dicētes pax: velut p̄parant hospites, vt ex apostolico halitu Spiritū sanctum recipiāt, Tertio Dominus moriturus, dat discipulis suis pacē, pacē inquit meā do vobis: non quomodo mūdus dat, ego do. Et perinde ac si aliquis roget, quā pacē das? ille ait, Non turbetur cor vestrū, neq; formidet. Ergo pax Christi est, nō turbari, non formidare. Id si expēdas quātū sit, fateberis nihil intota vita p̄clarior esse. Ego quidem potius vellē nō turbari, nec formidare: quā omnia regna. Hęc igitur pacē dant discipuli hospiti suo. Nec credas solo eos verbo illā dare. Ait. n. Dñs. Si in domo fuerit filius idoneus paci recipiendę, requiescet pax vestra super eum, Verbo igitur pacem dant: sed ad eorum verborū Deus etiā opere p̄stat. Deniq;, si iuxta Apostolū, pax non solū res mundi excedit, sed etiam exuperat omnē sensum: vide nunc, quā diuine dono Apostoli, suos ditent hospites.

Quod si domus non fuerit vestra pace digna, pax vestra reuertetur ad vos. Primò quidem reuertetur: vt eā alijs dignis concedāt. Si enim ille hospes noluit tenere pacem, quę illi offerebatur, alius accipiet eius coronā. Vt ergo alius accipiat de Apostolica manu, ad eos redit. Ita factū planē est, quia enim Iudęi pacem oblatā repudiauerunt, eam dederūt Apostoli gentilibus. Hęc enim dominica dispensatio est, vt Iudęi nō credant, quatenus hac ratione gentes credāt. Si quidē olim gentes nō crediderūt, vt Iudęi crederent. Ita ergo pax ab vno hospite repudiatur, & ad Apostolos redit, vt alij tribuatur. Secūdo, profectò necesse erat pacē datam addatorem reuerti: ne quia non reciperetur, ira succensus incandesceret: & ignem de cælo in contemptores

m ij veneri

Regū. 19.

Actorū. 16.

Isaic. 58.

Math. 25.

Genes. 19.

2. Regū. 6.

Luce. 1.

Ioānis. 20.

Ioānis. 14.

Philipp. 4.

Apocal. 3.

Actor. 13.

Roma. 12.

Luce. 9.

venire iuberet. Nemo enim nouit, quanta sit rabies, euangelicā pacem, multo sudore oblatam, reijcere. Ac si infinitus thesaurus nō esset & ac si qui reijciunt, non nisi pauperes, & nimirū pauperes essent. Redeat ergo ad vos pax uestra: ut pacato animo, reliquum operis uestri cōsumetis. Tertio redibit ad vos: ut intelligatis, malū alienum in uestrū cōmodum redundare: ac ideo vos fuisse contemptos, ne ex prospero prædicationis successu extolleremini. Datus enim est Paulo stimulus carnis: ne magnitudine reuelationum superbiret. At profectō potentior est scilicet prædicatio prædicatorem erigere: quā reuelationū magnitudo. Et pungentior stimulus est ad reprimendam superbiam, ab auditoribus negligi: quā carne extimulari. Quarto pax redibit: ut pax illa neglecta, in die iudicij testis sit, contra repudiatorem suū. Ut enim vulnera Christi in testimonium in eius carne perseverant: ita & graue illud vulnus, quo prædicator susceptus nō est, ad testimonium in eo perseverat. Quinto redibit: ut ea ratione qua neglecti estis, facti humiliores, Deo magis placeatis. Et forsan eò fluētis aquę cursus conhibitus est, ut maiori postea flueret impetu. Virescit enim vulnere virtus.

Et quicumque *non receperit vos, exeuntes de domo excutite puluerem.*

Apud Iosue mandat Dominus: ut victor Irael ex hoste deuicto, nihil penitus contingeret. Si quidem omnia quę hostis haberet, essent Deo anathema. Et quia Saul hoc præceptum violauit, regno priuari meruit. Similiter ergo, qui Apostolos non recipere anathema Deo sunt, & maledictio: adeo, ut nec eorum puluis sit attingendus. Quem ita odit Dominus: ut nec pedibus Apostolorum herere patiatur. Secūdo adherere Deo bonum est: adherere Apostolis, etiā bonum: non adherere malum. excuti verò res desperata est, qui enim elongant se à te peribūt: qui verò proijciuntur à te, quò nisi in infernum à potenti manu proijciētur? Erat verò signum proiectus puluis, projectorum hominum. Puluis enim sumus, in puluerem reuersuri. Tertio, Petrus occidit imundos: & eos manducat. Ex cibo verò comesto pars capiti heret, pars corpori, pars verò pedibus. Siquidem ex fidelib⁹ quidam à Petro statuuntur in dignitate, quasi in capite. Quidam in locis medijs, quasi in corpore. Quidam in vilijs functionibus, quasi in pedibus. Porro quòd nec in pedibus Petri, & Apostolorum locum habeas: sed quòd excutiaris, nō nisi magna miseria est. Quarto, Puluis cibus est colubri: dictum enim est ei: Super pectus tuum gradieris, & terram comedes: non verò comedere potest puluerē pedibus Apostolicis inherentem: quia ab eis ipse calcatur. Habent enim potestatem calcandi super serpētes. Tu igitur puluis à pedibus Apostolicis excussus, manes serpenti vorandus. Quinto: Sancti dicere solent: pedes significare affectus. Iam quam est horrē-

dum à pedibus, id est affectu, Apostolorum excuti. Sanè affectum habent Apostoli etiam ad inimicos. Peior ergo est qui ab eorum affectu excutitur, quā inimicus. Ita quidem, qui heretici sunt, aut Euangelio resistunt, peiores sunt hostibus. Et ita deuitari, & excuti iubentur: Ut Alexander erarius. Himeneus: & philet⁹. Sexto puluis significat peccata. Est enim puluis pedibus herens, pedum sordes. Iam sacerdotes peccata populi manducant: id est portant, & suis affectibus herere patiuntur. Non ut ea faciant, sed ut defleant. Si igitur hæc peccata excutiunt Apostoli: ea lugere nolentes: puluerem de pedibus excutiunt. Quasi dicāt: peccata uestra vobis maneat: Et quæ nos eramus portaturi, vos ipsi portate. At peccata, quę non absoluunt Apostoli, retenta manent. Manebūt igitur vsq; ad infernum cum factoribus suis. Septimo. Sunt Apostoli sal terrę, sal pulueris. Hęc terra salita cibus fit Domino. Sine sale verò insulsus est cibus, & à Deo non potest. Si igitur excuteris ab Apostolis, excutitur à sale puluis. Non te Christus edet.

Tolerabilius *erit terre Sodomorum.* Duo peccata admiserunt Sodomæi. Alterum non recipere angelos hospitio, in platea enim mansissent, nisi Lot eos in suū hospitium compulisset. Alterum fuit multò grauius, voluerunt enim angelos constuprare, vim etiā hospiti inferentes. Ergo nō recipere Apostolos malum erat, eos verò vocare impostores, & nouorum demoniorū annūtiatores: id erat vel le eos constuprare: quod magnū malum est. Sed non his contenti, prædicatores, flagellare & occidere, intolerabile peccatum est. Igitur Sodomæi lapsi, habēt nō nihil excusationis: quod carnem haberent, quę eorū mentem, in legē peccati captiuaret: quòd in iniquitatibus cōcepti essent: & in peccatis eos sua mater concepisset. Nihilq; mirandum, si eā voluptuosam iniquitatem, in qua concepti essent, postea augere sint ausi. At quę excusatio erit ei, qui Euangeliū nō recepit? Lustra & perlustra: lege, & perlege Euāgelium. Quid in eo inuenies nisi cultum Dei: & amorem proximi? Benedicere Deo, & benefacere proximo? Quid inuenies, nisi purā & meram sanctitatem? Quid inuenies, nisi rationi consentanea? Et si quę dissentanea videntur, ea supra rationem sunt, non contra rationem. Ergo Euāgelium ex se acceptari erat dignissimum. Adde, prædicabatur hoc, non ab Apostolis, sed à Deo ipso. Dicit enim Christus: Non estis vos qui loquimini, sed spiritus est qui loquitur in vobis. Non ergo qui audiebant, in corde suo hominū vocē, sed Dei efficaciam adesse sentiebant. His addebatur miraculorum claritas: quę repugnātem intellectum captiuare solent. Si igitur primo ictu recipere Euāgelium non placet: placeat certè ipsum excutere, expendere, & examinare: Ut videas si antiquis vaticinijs respondet. Si aliquid

Prouer. 8.

2. Cor. 12.

Iosue. 7.

1. Reg. 15.

Psal. 72.

Eodem.

Genes. 3.
Actoru. 10.

Genes. 3.

Math. 10.

2. ad timo.
4. & 2.

Osce. 4.

Ioan. 20.

Math. 9.

Genes. 19.

Roma. 6.

Psal. 30.

Math. 10.